


УП-22.684

Page 223-2/3 50

04

11-1-4



Т. XI

1933

№. 1-4

БОГОСЛОВІА BOHOSLOVIA

НАУКОВИЙ ТРИМІСЯЧНИК



ВИДАНЕ

~~1933~~ / XI

БОГОСЛОВСЬКЕ
НАУКОВЕ ТОВАРИСТВО



ЛЬВІВ—LEOPOLI

Зміст (Index)

I

- Dr. Leo Hlynka — De potestate episcoporum necnon praerogativis metropolitanae potestatis in bona ecclesiae temporalia in Oriente novem primis saeculis (Disseratio canonico-historica) 1—50
- Др. Константин Чехович — Іван Могильницький та Йосиф Добровський (Dr. Constantinus Cěchovuč — Johannes Mohylnyskij et Josephus Dobrovsky) 51—61
- Venceslas Zaïkyn — L'organisation juridique de l'archevêché d' Okhrid 89—96
- Іван Шпитковський — Рід і герб Шептицьких (Продовження слідує) (I. Špytkovskij—Famille et armoiries des Szeptycki (a suivre) 97—110; 186—217
- о. Юліян Дзерович — Автономія, гетерономія у вихованні (Prof. Julianus Dzerovuč — De autonomia et heteronomia uti principio paedagogico) 111—125
- Prof. Dr. Josephus Slipyi — De septenario numero sacramentorum apud Orientales uti vinculo Unionis et conservationis fidei 177—185
- о. Др. Микола Конрад — Нарис історії старинної філософії (Dr. N. Konrad — Historiae philosophiae antiquae brevis conspectus) 218—257

II

Огляди й оцінки (Conspectus et recensione)

Ks. Dr. M. Sieniatycki — Apologetyka czyli dogmatyka Fundamentalna (о. Др. Ст. Сампара). Les plus beaux Sermons de Saint Augustin réunis et traduits par Chanoine G. Humeau; P. Polyeuete Guissard Portraits Assomptionistes; Les Eléments d'un Programme Social Catholique (о. Йосиф Схрайверс, Ч. св. Ізб.). О. Петро Дзедзик — По думці Христової Евангелії; Dr. Henryk Przeździecki — Listy pasterskie i przemówienia 1919—1928 (о. Др. Іван

Фіголь). Anton Michel — Von Photios zu Kerullarios (о. А. Іщак). Др. М. А. Андреева — Очерки по культурѣ византійскаго двора в XIII в; *Názory Theodora II Lasca-risa o ideálním pařovníku*; Полемика Θεодора II Ласкаря съ Никифором Влеммидомъ; Адресати и датировка двух писем Никифора Влеммида; Къ вопросу о составѣ „Клиторологія“ Филооѳея (В. Заікин). *Der Grosse Herder* (о. А. Іщак).

66—80

Sacra Congregazione Orientale — Statistica con cenni della Gerarchia e dei Fedeli di rito Orientale (о. Др. Лев Глинка). Dr. Auguste Vallet et Dr. Robert Dubuch — *Les quérisons de Lourdes en schemas* (о. С. Сампара). Проф. Іван Огієнко — Богослужбова мова в словянських Церквах (Др. К. Чехович). Carolus Henricus Meyer — *Fontes historiae religionis slavicae* (В. Заікин). *Pamiętnik Historyczno-Prawny — Leon Halban: Zanik supremacji państwa nad Kościołem w Niemczech* (о. Др. Лев Глинка). Dr. Fritz Grübel — *Die Rechtslage der römisch — katholischen Kirche in Polen nach dem Konkordat vom 10 Februar 1925* (В. З.). Hayford Peirce et Royal Tylor — *L'art Byzantin* (В. Залозецький). *Księga pamiątkowa ku czci Władysława Abrahama* (Вячеслав Заікин). X. Stanisław Szurek — *Seminarjum katedralne we Lwowie* (о. А. Іщак).

141—162

Martinus Jugie — *Theologia dogmatica christianorum orientalium* (о. А. Іщак). Ks. Dr. Urb. Atan. Fic, Z. K. — *Syon miasto Dawidowe w świetle tekstów i wykopalisk* (С. С.). Augustinus Merk, S. J. — *Novum testamentum graece et latine apparatu critico instructum edidit* (о. Др. І. Чорняк). S. Congregazione Orientale — *Codificazione canonica orientale* (о. Др. Лев Глинка). Urbanus Holzmeister, S. J. — *Chronologia vitae Christi, quam e fontibus digessit et ex ordine proposuit* (о. Др. І. Чорняк). *Zwiazek polskiej inteligencji katolickiej — Ankieta w sprawie projektu prawa małżeńskiego, uchwalonego przez K. K.* (о. Др. Лев Глинка).

268—284

III

Вибрані питання (Analecta)

Евхаристійний піст священників. Інструкція клириків, що перебувають поза своєю територією серед чужих народів. О. Августин Джемеллі (з нагоди 25-ліття священства). — Відправа читаної Служби Божої (о. Др. Лев Глинка). Складна супружа квестія-уникання потомства (о. Л. Г.). Польський закон про Високі Школи (*Ustawa Akademicka*) (о. Лев Глинка). — IV Унійна конференція в Пинську (О. Л.). Нова праця про берестейську Унію (продовження слідує).

62—65; 126—140; 258—267

IV

Богословське Наукове Товариство (Societas Theologica)

IV Науковий збір дійсних членів Б. Н. Т. Засідання Ради Б. Н. Т. — О. Мітрат Олександр Лешкович-Бачинський (+). О. Олександр Стефанович (+). Комунікат Б. Н. Т. Доповнення звіту з IV Наукового Збору Б. Н. Т. — О. Др. Іван Фіголь (+). Короткий огляд наукової діяльності о. Мітрата Олександра Лешковича-Бачинського. 83—84; 165—167; 288—290

V


Всячина — Хроніка (Varia — Chronica)

81—82; 163—164; 285—287

VI

Книжки й часописи (Libri et ephemerides)

85—88; 168—176; 291—300





Т. XI



1933



Кн. 1



ГОГОСЛОВІА

ВОГОСЛОВІА

НАУКОВИЙ ТРИМІСЯЧНИК

ВИДНЕ

БОГОСЛОВСЬКЕ
НАУКОВЕ ТОВАРИСТВО

ЛЬВІВ—LEOPOLI



Зміст (Index)

	Стор. (Pag.)	
Dr. Leo Hlynka — De potestate episcoporum necnon praerogativis metropolitanae potestatis in bona ecclesiae temporalia in Oriente novem primis saeculis (Dissertatio canonico-historica)	1 — 50	
Др. Константин Чехович — Иван Могильницький та Йосиф Добравський	Dr. Constantinus Čechovyč — Johannes Mohylnyckyj et Josephus Dobrovsky	
	51—61	
2. Вибрані питання (Analecta)		
Евхаристійний піст священників; Інструкція про східніх клириків, що перебувають поза своєю територією серед чужих народів; о. Августин Джемеллі (з нагоди 25-ліття священства)	62—65	
3. Огляди й оцінки (Conspectus et recensiones)		
Ks. Dr. M. Sieniatycki, Apologetyka czyli Dogmatyka Fundamentalna (о. Др. Ст. Самтара); Les plus beaux Sermons de Saint Augustin réunis et traduits par Chanoine G. Humeau; P. Polyeuacte Guissard, Portraits Assomptionistes; Les Éléments d'un Programme Social Catholique (о. Йосиф Схрайверс, Ч. св. Изб.); о. Петро Дзедзик, По думці Христової Євангелії; Dr. Henryk Przeździecki, Listy pasterskie i przemówienia 1919—1928 (о. Др. Иван Фізол); Anton Michel, Von Photios zu Kerullarios (о. А. Іщак); Др. М. А. Андреева, Очерки по культурѣ византійскаго двора въ XIII в; Názory Theodora II Laskarisa o ideálním panovníku; Polemika Θεοδωρα II Λασκαρια съ Никифоромъ Влеммидомъ; Адресаты и датировка двух писем Никифора Влеммида; Къ вопросу о составѣ „Клиторология“ Филовея (В. Заїкин); Der Grosse Herder (о. А. Іщак)	66—80	
4. Всячина—хроніка (Varia—chronica)		
З греко-католицької Богословської Академії у Львові; Католицькі університети в Римі; Високі католицькі школи з правами надавати наукові ступні; 500-ліття богословського факультету лювенського університету; 150-ліття гр. кат. Духовної Семинарії у Львові; VII Зїзд Союзу богословських заведень у Польщі; Тексти св. Письма Нового Завіту в грецькій і латинській мовах; Oriens.	81—82	
5. Богословське Наук. Т-во (Societas Theologica)		
IV Науковий збір дійсних членів Б. Н. Т.; Засідання Ради Б. Н. Т.	83—84	
6. Книжки й часописи (Libri et ephemerides)		85—88



Dr. Leo Hlynka

De potestate episcoporum necnon praerogativis metropolitanae potestatis in bona ecclesiae temporalia in Oriente novem primis saeculis.

(Dissertatio canonico-historica)

§ 4. Potestas episcopi in bona ecclesiae temporalia.

1. Praenotanda. Primis saeculis episcopi in unaquaque fere civitate residebant (interdum etiam in pagis — sic dicti chorepiscopi)¹⁾ ita, ut a nonnullis concluditur, si in aliqua civitate deerat episcopus, hoc significat, ibi nullos vel paucissimos christianos fuisse²⁾. Bona ecclesiastica, quae, sicut iam superius dictum est, ante Constantinum praesertim ex liberis oblationibus proveniebant, non poterant esse copiosa in episcopatu, qui una civitate cum aliquibus forte adiunctis vicis et pagis continebatur. Nihil proinde mirum, quod in principio bona ecclesiastica episcopus ipse sine aliquo clerico bonis administrandis destinato administrabat.

2. Divisio bonorum temporalium in eparchia sub respectu subiecti dominii et potestatis episcopi in eadem. Ad potestatem episcopi in bona

¹⁾ Cf. Sard. c. 6; Laod. c. 57. — In Eusebii Hist. eccl. l. 5, 16 (MG 20, 471) commemoratur episcopus pagi Cumane Zoticus; cf. § 1. n. 3, p. 1 introductionis huius dissertationis.

²⁾ In Constit. Apost. (P. I, 82) praecipitur, ut, si in aliqua civitate deest numerus sufficiens hominum ad episcopum eligendum, i. e. saltem duodecim, ex proximis ecclesiis, quae plebe abundant, tres viri sumantur, qui in electi ne episcopi perficienda adiuvent. „Πέτρος εἶπεν: Ἐὰν ὀλιγανθρία ὑπάρχει, καὶ μή ποῦ πλήθος τυγχάνει τῶν δυναμένων ψηφίσασθαι περὶ ἐπισκόπου, ἐν τῷ δεκάδῳ ἀνδρῶν, εἰς τὰς πλησίον ἐκκλησίας ὅπου τυγχάνει πεπηγυῖα, γραφέτωσαν, ὅπως ἐκείθεν ἐκλεκτοὶ τρεῖς ἄνδρες, παραγεγνημένοι δοκιμῇ δοκιμάσαντες τὸν ἄξιον ὄντα, εἴ τις φήμη καλὴν ἔχει ἀπὸ τῶν ἐθνῶν“. — Cf. Harnack, Die Mission und Ausbreitung des Christentums. Leipzig 1924, 4 Aufl. B. I, p. 478: „Wo bischöflich verfasste Gemeinden spärlich waren, da waren die Christen überhaupt spärlich; hatte eine Stadt keinen Bischof, so war die Zahl der Christen daselbst ganz unerheblich“.

ecclesiae temporalia determinandam necesse est ut bona, quae in eparchia inveniebantur, in duplicem classem dividantur: a) bona, quae in eparchia inveniebantur et ad sedem episcopalem iure dominii (κυριαρχικῶν δικαίω, δεσποτικῶς) tamquam ad subiectum dominii bonorum temporalium immediate pertinebant eiusdemque usui inserviebant, et b) bona, quae quidem in eparchia inveniebantur, sed iure dominii ad alia subiecta dominii bonorum temporalium et non ad sedem episcopalem pertinebant, ut erant e. g. monasteria, pt ochotrophia, xenodochia, eorumque usui inserviebant¹⁾.

Haec utraque classis habebat suam peculiarem administrationem et diverso modo potestati episcopali subiciebatur. Solummodo potestas episcopi in primam classem bonorum temporalium in eparchia summa, immediata et propria, i. e. omnino ipsius administrationi et dispositioni obnoxia, dicenda est.

3. **Summa potestas episcopi in bona temporalia ecclesiae cathedralis** (sedis episcopalis). Principium generale de potestate episcopi in bona temporalia ecclesiae cathedralis habetur in Ap. c. 38, quo episcopo summa potestas in eadem bona attribuitur: „Omnium negotiorum (sc. bonorum temporalium) ecclesiasticorum curam episcopus habeat et ea velut Deo contemplante dispenset“²⁾. Ista potestas erat summa, quia ex una parte, ex citato canone episcopus uni tantum Deo „velut Deo contemplante“ (Θεοῦ ἐφωροῦντος) rationes suae administrationis bonorum temporalium reddere tenetur³⁾, ex alia autem parte nemo in eparchia, e. g. presbyteri vel diaconi, quidquid statuere vel agere poterant circa bona temporalia ecclesiae cathedralis absque sententia episcopi⁴⁾.

Haec larga potestas episcopi in bona ecclesiae temporalia asseritur expresse in aliis quoque canonibus, nempe Ap. c. 41, Ant. cc

¹⁾ Cf. Bals. in Constant. 1 et 2, c. 1 (MG 137, 1008—1009; apud Bev. I, 333)

²⁾ Ap. c. 38 (P. I, 21): „Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω φροντίδα καὶ διοικεῖτω αὐτὰ ὡς Θεοῦ ἐφωροῦντος“.

³⁾ Cf. Cyrillus Alexandr. (†444) epist. canonica, c. 2 (P. I, 651).

⁴⁾ Ap. c. 39 (P. I, 21): „Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μὴδὲν ἐπιτελείτωσαν“. Ex sequentibus autem verbis hic canon videtur referri solummodo ad curam animarum „αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν Κυρίου καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπατηθῆσάμενος“. Sed cum haec circumstantia consideratur, quod hic canon invenitur inter can. 38, 40, 41, qui omnes de una materia scil. de administratione bonorum ecclesiae temporalium tractant, dicendum esse videtur prohibitionem presbyteros et diaconos nihil sine sententia episcopi agere in canone contentam referri potius ad actus administrationis bonorum temporalium, quia aliter non potest explicari, cur can. 39 inter can. 38 et 40, 41 de

24, 25 et Nic. II, c. 12; continetur autem implicite in Gangr. cc. 7, 8, Carthag. 26, 33 et Cyrilli Alexandrini epistola canonica c. 2. In omnibus istis canonibus agnoscitur potestas episcopi disponendi de proventibus bonorum temporalium, nec non de eorundem substantia. Episcopo residenti dispensationem incidentium sumptuum secure credi — docet Cyrillus Alexandrinus in epistola canonica, c. 2¹⁾; ipse enim, etiamsi in canonibus, excepto casu accusationis, rationes suae administrationis nemini reddere tenetur, habet iudicem, cui respondere debet, apud quem nullae tergiversationes iuvare possunt²⁾. Si enim episcopo animae hominum pretiosae creditae sunt, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere ita, ut potestate eius indigentibus omnia dispensentur³⁾. His verbis continetur ius episcopi suo iudicio de bonis temporalibus statuendi et disponendi tum quoad proventus eorundem tum quoad substantiam; dispensare enim debet sua potestate omnia indigentibus; si igitur necessitas indigentium exigit, ex canone nihil impedit, quominus episcopus bona ecclesiae temporalia alienet ad indigentes sublevandos⁴⁾. Sine consensu episcopi vel saltem delegati episcopi rigorose prohibitum erat sub sanctione anathematis oblationes ecclesiae extra ecclesiam accipere vel dare⁵⁾. Contractus alienationis bonorum ec-

materia administrationis bonorum ecclesiae temporalium tractantes positus est Balsamon revera Ap. c. 39 in sensu allato explicat (Bals. in Ap. c. 39; Bev. I, 27). Cf. Ник., Пр. I, 108, 109.

¹⁾ Cyrillus Alex. (†444) epist. can. c. 2 (P. I, 651): „*ἠαρσεῖσθαι δὲ τοῖς κατὰ καιρὸν τὴν θεῖαν διέπουσιν ἐροσόνην* (sc. episcopis residentibus) *τῶν παραπιπτόντων ἀναλομάτων τὴν οἰκονομίαν*“.

²⁾ Citato sub n. 2 loco: „*ἕκαστος γὰρ ἡμῶν* (sc. episcoporum) *τῶν ἰδίων καιρῶν δώσει λόγον τῇ πάντων κρίτη*“.

³⁾ Ap. c. 41 (P. I, 22): „*τὸν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. Εἰ γὰρ τὰς αἰμῖας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευθέν, πολλῶν ἂν δέον περὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι τοῖς δεομένοις διὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων*“. Ant. c. 24 (P. I, 464): „*Τὰ τῆς ἐκκλησίας... διοικεῖσθαι προσήκει μετὰ κρίσεως καὶ ἐξουσίας τοῦ ἐπισκόπου τοῦ πεπιστευμένου πάντα λαβὴν καὶ ψυχὰς τῶν συναγμένων*“. Ant. c. 25 (P. I, 465): „*Ἐπίσκοπον ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων ἐξουσίαν ὥστε αὐτὰ διοικεῖν εἰς πάντας τοὺς δεομένους μετὰ πάσης ἐδλαβείας καὶ φόβου Θεοῦ*“.

⁴⁾ Ex Carthag. c. 26 (R. P. S. III, 372; Bev. I, 551, c, 29) in urgenti necessitate ecclesiae episcopus bona temporalia alienare poterat sine praevia denuntiatione causae suo metropolitae et absque examinatione eiusdem a synodo; ex Nov. 7, 8 et Nov. 120, 10 poterat episcopus bona ecclesiae temporalia — etiam vasa sacra — alienare ad captivos redimendos; ex Nov. 65 poterat episcopus bona temporalia alienare non solum ad captivos redimendos, sed etiam ad pauperes sublevandos.

⁵⁾ Gangr. c. 7 (P. I, 490): „*Ἐὰν τις καρποφορίας ἐκκλησιαστικὰς ἐθέλοι λαμβάνειν ἢ διδόναι ἕξω τῆς ἐκκλησίας παρὰ γνώμην τοῦ ἐπι-*

clesiae temporalium a presbyteris ecclesiae, in cuius titulum ipsi ordinati sunt, sine consensu episcopi facti rescindibiles erant¹⁾). In Nic. II (a. 787) c. 12 principium generale in Ap. c. 38 expressum de summa potestate episcopi in bona temporalia ecclesiae repetitur et confirmatur²⁾ ita, ut dicendum esse videtur hanc summam potestatem episcopi in bona ecclesiae temporalia per omnia prima novem saecula mansisse immutatam — etiam tunc, quando ad episcopum in bonis temporalibus administrandis adiuvandam, abusus amovendos et suspicionem contra episcopum tollendam peculiare officium oeconomi ad bona ecclesiae temporalia administranda primum consuetudine introductum et deinde Chalc. c. 27 expresse praeceptum est.

Post edictum enim Constantini ecclesiae omnibus modis in lege agnitis bona temporalia libere acquirere poterant; qua libertate consecuta bona ecclesiastica augebantur, eorundem administratio iam magnam curam et multum tempus exigebat; praeterea periculum abusuum et usurpationum valde crescebat et revera nonnulli abusus habebantur³⁾). Inde et necessitas orta est peculiarem clericum destinare, cuius officium esset — bona ecclesiastica secundum instructiones episcopi administrare. Iam in Gangr. c. 7 et 8 supponitur factum committendi alicui ab episcopo administrationem bonorum temporalium⁴⁾, sed nondum expresse praeceptum erat in canonibus hoc peculiare officium. Prima vice obvenit hoc officium apud Theophilum Alex. (†412) in eius epistola canonica c. 10⁵⁾, deinde Chalc.

σκόπου, ἣ τοῦ ἐγκειρισμένου τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ μετὰ γνώμης αὐτοῦ ἐθέλοι πράττειν, ἀνάθεμα ἔστω“; cf. Gangr. c. 8 (etiam in P. I, 490). — Citati canones Gangrenses lati sunt contra Eustathianos, qui multos errores suos contra doctrinam christianam spargebant, e. g. condemnabant matrimonium tamquam contrarium saluti, docebant prohibitum esse carnes comedere, ieiunia ab ecclesia constituta spernebant et alia etiam die dominica instituebant, fructus qui ecclesiae offerri solebant, invadebant ac inter se invicem partiebantur. Cf. Bals. in Gangr. 7 et 8 (Bev. I, 420); Morino Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica. Venezia MDCCCXLIII, vol. 22, p. 215, Van-Espen, Opera omnia. Lovanii 1753, t. 3, p. 119.

¹⁾ Carth. c. 33 (R. P. S. III, 390; Bev. I, 560, c. 36): „Ομοίως ἤρεσεν, ὥστε; τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρωνται“.

²⁾ Vide pag. 2, n. 2.

³⁾ Cf. Thomassinus, op. cit., p. III, l. 1, c. 2, 3.

⁴⁾ Gangr. c. 7 (P. I, 490) „...παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου, ἣ τοῦ ἐγκειρισμένου τὰ τοιαῦτα, ...“; Gangr. c. 8 (P. I, 490): „παρεκτὸς τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ ἐπιτεταγμένου εἰς οἰκονομίαν ἐδποΐας, ...“.

⁵⁾ Theophilus Alexandr. (†412) epist. can. c. 10 (P. I, 648): „Ὡστε γνώμη παντὸς τοῦ ἱερατείου οἰκονόμον ἀποδείχθῆναι ἕτερον, ἐφ’ ᾧ συντίθεται καὶ ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων, πρὸς τὸ τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς δέον ἀναλίσκεσθαι“.

c. 26 introducit institutionem peculiaris oeconomi sub comminatione sanctionis poenalis.

4. **Potestas episcopi in bona temporalia monasteriorum et institutorum ecclesiasticorum, quae in eparchia inveniebantur.** Nunc nobis dicenda restant aliqua verba de potestate episcopi in bona temporalia secundae classis, quae ad monasteria et alia instituta ecclesiastica tamquam subiecta dominii bonorum temporalium pertinebant.

a) Num principium generale de summa potestate episcopi in bona ecclesiae temporalia in Ap. cc. 38, 41, Ant. cc. 24 et 25 et Nic. II c. 12 expressum etiam ad bona temporalia monasteriorum et institutorum ecclesiasticorum refertur? Ad hanc quaestionem negative respondendum esse videtur. In citatis enim canonibus attribuuntur episcopo tamquam repraesentanti ecclesiae cathedralis, prout ille subiectum est dominii bonorum temporalium, iura proprietaria — suo iudicio disponendi de proventibus et substantia bonorum temporalium ecclesiae (sc. cathedralis)¹⁾. Monasteria autem et instituta ecclesiastica tamquam subiecta dominii bonorum temporalium²⁾ suos peculiare repraesentantes habebant, quibus iura proprietaria secundum praescripta canonum exercenda competebant.

Profecto non poterat episcopus suo iudicio bona monasteriorum vel institutorum ecclesiasticorum temporalia indigentibus dispensare, cum ista bona suos in statutis praefinitos fines habebant secundum quos administrari debebant. Hic sufficit haec brevis animadversio ad quaestionem, quae sequente explicatione melius manifestabitur.

b) **Generalia principia.** Generalia principia quoad potestatem episcopi in monasteria et instituta ecclesiastica, praesertim autem in monasteria, habentur in Chalc. cc. 4 et 8; item in Nov. 123, 23. Eadem sunt:

α) Sine permissione episcopi civitatis non poterat aedificari aut constitui in eparchia monasterium vel orationis domus³⁾.

β) Rescripta, in quibus omnia, quae ad monasterium sc. monasterii dispensationem et monachorum sufficientiam ab exstructore danda erant et ipsum monasterium describi debebant, in archivis episcopalibus reponebantur⁴⁾.

¹⁾ cf. n. 3. (in textu) huius paragraphi, p. 2 sqq.

²⁾ Cf. § 3 n. 2 (in textu) sub b) huius dissertationis (t. X, p. 278 sqq.).

³⁾ Chalc. c. 4 (P. I, 524): „μη δένα μὲν μηδανοῦ οἰκοδομεῖν μηδὲ συνιστᾶν μοναστήριον, ἢ εὐκότερον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου“.

⁴⁾ Const. 1 et 2, c. 1 (MG 137, 1005): „πάντα δὲ τὰ ἐν αὐτῷ προσήκοντα σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ βρεβίῳ ἐγκαταγράφεσθαι, καὶ τοῖς ἐπισκοπικοῖς ἀρχείοις ἐναποτίθεσθαι“.

γ) Monachi et clerici praefecti ptochiis¹⁾ atque administratores ptochotrophiorum, xenodochiorum, nosocomiorum et aliorum institutorum ecclesiasticorum²⁾ sub potestate episcopi civitatis remanere debebant.

δ) Episcopi civitatis competentem monasteriorum providentiam et curam gerere debebant³⁾, i. e. tum in spiritualibus tum in temporalibus talem curam et sollicitudinem gerere, ut monachi vitam quietam et solitariam orationi et occupationibus secundum ipsorum regulam dedicatam gerant et ne sub praetextu necessitatis de necessariis providendi singuli monachi occasionem habeant e monasterio egredi, rebus ecclesiasticis et saecularibus se immisceri ac per civitates diversas vagare; contra hos enim abusus Chalc. c. 4 latus est⁴⁾.

In hoc quarto statuto canonum potestas episcopi in bona temporalia monasteriorum asserta est, non tamen iure dominii ipsi competens, cum monasteria tamquam subiecta dominii bonorum temporalium suos immediatos superiores tamquam repraesentantes suos habebant, quibus potestas in bona temporalia eorundem iure dominii exercenda competeat.

c) Determinatio potestatis episcopi in bona temporalia monasteriorum et aliorum institutorum ecclesiasticorum. Nunc quaeritur, in qualibus facultatibus potestas episcopi in bona temporalia monasteriorum et institutorum ecclesiasticorum manifestaretur? Praecipuae facultates episcopi in monasteria et instituta ecclesiastica sub respectu bonorum temporalium erant sequentes:

α) Episcopus facultatem habebat monasteria alienata et e statu sacro in privatam conditionem redacta vindicare et in pristinum

¹⁾ Ptocheia erant domus destinatae pauperibus sustentandis curandisque, quae suas ecclesias habebant. Cf. Zon. in Chalc. c. 8 (Bev. I, 121); Chalc. c. 4 (P. I, 524): „τοὺς δὲ καθ' ἑκάστην πόλιν καὶ χώραν μονάζοντας ὑποτετάχθαι τῷ ἐπισκόπῳ“ Chalc. c. 8 (P. I, 525): „Οἱ κληρικοὶ τῶν πτωχείων καὶ μοναστηρίων καὶ μαρτυρίων, ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν ἐν ἑκάστη πόλει ἐπισκόπων κατὰ τὴν τῶν ἀγίων πατέρων παράδοσιν διαμενέτωσαν“. Cf. Cod. I, 3, 40

²⁾ Nov. 123, 23.

³⁾ Chalc. c. 4 (P. I, 524): „Τὸν μὲν τοι ἐπίσκοπον τῆς πόλεως χρῆ τὴν θεοῦ σαν πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν μοναστηρίων“. Cf. Nov. 123, 42.

⁴⁾ Cf. Chalc. c. 4 (P. I, 524); Van-Espen, Opera omnia. Commentarius in canones iuris veteris ac novi et in ius novissimum. Lovanii MDCCLIII, t. 3, p. 222; Lupus Christianus, Opera omnia. Synodorum generalium ac provincialium decreta et canones (12 vol.). Venetiis MDCCXXIV, t. 2. p. 72.

statum reducere; haec facultas ipsius etiam a potestate civili agnita erat ¹⁾.

β) Episcopus facultatem habebat exigendi rationes ab administratoribus ptochotrophiorum, xenodochiorum, nosocomiorum et aliorum institutorum ecclesiasticorum; item ad episcopum spectabat vigilare et ab administratoribus exigere, ut damna institutis ab iisdem administratis allata rearentur et quae ab administratore instituto deberi probatum fuerit, reddantur ²⁾.

γ) Episcopus facultatem habebat non idoneos administratores bonorum temporalium memoratorum institutorum amovendi et loco ipsorum alios substituendi ³⁾.

Quae tres praecipuae facultates in bona temporalia in onasteriorum et aliorum institutorum ecclesiasticorum potestatem inspectionis ex parte episcopi significant, ne abusus in administratione bonorum temporalium in iisdem institutis exoriantur, et non potestatem administrationis et immediatae dispositionis super iisdem bonis secundum suum arbitrium iure dominii (κυριαρχικῆ δικαίῳ, δεσποτικῶς), quae ipsi competebat in bona temporalia ad ecclesiam cathedralem tamquam subiectum dominii bonorum temporalium pertinentia. Episcopus enim non erat immediatus superior istorum institutorum, quae singula subiecta dominii bonorum temporalium erant et proinde suos peculiare et immediatos superiores habebant, qui eadem tamquam subiecta dominii bonorum repraesentabant et

¹⁾ Nov. 120, 7 § 1: „Ἐπειδὴ δὲ ἔγνωμεν παρὰ τινῶν γίνεσθαι καὶ ἐκποιήσεις μοναστηρίων ἐπὶ τῷ ταῦτα ἀπὸ ἱερατικοῦ σχήματος εἰς ἰδιωτικὴν διαγωγὴν μετασχηματίζεσθαι, καὶ τοῦτο πᾶσι τρόποις κωλύομεν· εἰ δὲ τι τοιοῦτον γινόμενον εὑρεθῆι, ἅδειαν παρέχομεν τῷ κατὰ τόπον ἑσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ τὸ τοιοῦτον μοναστήριον ἐκδικεῖν καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα ἐπαναγεῖν“.

²⁾ Nov. 123, 23: „Τοὺς δὲ οἰκονόμους καὶ προχοστρόφους καὶ ξενοδόχους καὶ νοσοκόμους, καὶ τοὺς τῶν ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικήτας τοὺς ἄλλους ἅπαντας κληρικούς κελεύομεν ὑπὲρ τῶν ἐμπιστευθεισῶν αὐτοῖς διοικήσεων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ᾧ ὑπόκεινται, ἀποκρίνεσθαι καὶ τοὺς λογισμοὺς τῆς ἰδίας διοικήσεως ποιεῖσθαι, καὶ εἰσπράττεσθαι ὅσπερ ἐξ αὐτῶν ὑφείλοντες ἀποδειχθῆσαν, ἐκείνῳ τῷ εὐαγεί ἀποδοθησόμενον οἶκῳ, ὅστις ἐκ τῆς διοικήσεως τὸ χρέος φανείη“.

³⁾ Const. eccl. coll. III, 2, 2 (MG 138, 1316): „Τοὺς δὲ ὑφείλοντας προνοεῖν τῶν αὐτῶν εὐαγῶν οἴκων, κατὰ τὴν τοῦ τεστάτορος γνώμην ἐπιλεγέσθαι ὁ κληρονόμος, ἅδειαν ἔχοντας τοῦ ἐπισκόπου τῶν τόπων ἐποπτεῖν τὴν αὐτῶν διοίκησιν καὶ εἰς τὸν (ἴσ. μη) ἐπιτελεῖν εὐροὶ ἄλλοις ἀντικαθιστᾶν“. — Nomoc. 2, 1 (P. II, 482, 483); „εἰ δὲ καὶ ὀνομάξη, ἅδειαν ἔχει ὁ ἐπίσκοπος κακῶς αὐτὸν (sc. τὸν διοικήτην) διαγόμενον ἀποκινεῖν καὶ ποιεῖν ἄλλον“. Citato loco dicitur, quod testator, qui bona ad extructiones xenodochiorum, gerochomiorum, orphanotrophiorum, nosocomiorum vel ptochiorum reliquerat, administratores eorundem nominare poterat, secus episcopus ipsis administratores praeficiebat; verumtamen

iura proprietaria eorundem exercebant; verumtamen episcopus loci potestatem iurisdictionis in totum territorium eparchiae habebat et propterea mediate in monasteria et alia instituta ecclesiastica, quae in territorio suae eparchiae inveniebantur et ab eiusdem potestate a superiore auctoritate ecclesiastica exempta non erant; monasteria et instituta ecclesiastica in superius citatis canonibus et legibus expresse episcopi curae commendabantur. Episcopus habebat quidem potestatem inspectionis in bona istorum institutorum, sed non poterat bona eorundem arbitrarie in usus episcopatus adhibere, debbat tantum vigilare, ut haec bona ad fines in constitutionibus destinatos impendantur. Quoad monasteria in Chalc. c. 24¹⁾ et Trull. c. 49²⁾ satis clare praecipitur, ut bona monasterii monasterio serventur.

Ex dictis sequitur episcopus in Oriente primis novem saeculis habuisse potestatem in bona monasteriorum et institutorum ecclesiasticorum, quae in sua eparchia inveniebantur; istam potestatem fuisse potestatem inspectionis et vigilantiae, ut bona eorundem ad suos in constitutionibus praefinitos fines impendantur et ne abusus in istis bonis administrandis exoriantur. Abusibus exortis ad episcopum spectabat curare, ut damna institutis istis allata repararentur.

d) Episcopus executor piarum voluntatum. Ad episcopum quoque civitatis tamquam ad communem pauperum parentem et patronum spectabat executio et dispensatio piarum voluntatum et legatorum, si vel pauperes, pro quibus hereditas vel legatum relicta erant, non erant accurate determinati (e. g. non erant determinati nominatim vel non erat determinatus saltem locus commorationis illorum pauperum) vel executor pie voluntatis non erat nominatus vel executores a testatore determinati et ab episcopo per publicas personas semel aut bis admoniti dispositionem implere differebant³⁾.

etiam in casu, quo testator administratorem nominaverat, episcopus ius inspectionis habebat, sicut in citatis locis dicitur. — Nov. 131, 10: „Τῶν κατὰ τόπον μακαριωτάτων ἐπισκόπων ἐποπτευόντων, εἰ καλῶς ἢ διοικήσει προβαίνει, καὶ εἰ εὖ ῥωσὶ μὴ χρησίμους ὄντας τοῖς διοικητάς, ἄδειαν ἐχόντων ἄνευ ζημίας ἄλλους ἀντὶ τούτων ἐπιτηδείους ποιεῖν“. — Cf. Bals. in Const. 1 et 2, c. 1 (in MG 137, 1009).

¹⁾ Chalc. c. 24 (P. I, 531): „καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς (sc. monasteriis) πράγματα φυλάττεσθαι τῷ μοναστηρίῳ“.

²⁾ Trull. c. 49 (P. II, 50) repetitur statutum Chalc. c. 24; vide notam praecedentem.

³⁾ Nov. 131, 11; cf. Const. eccl. coll. III, 22 (MG 138, 1316); Nom. 2, 2 (P. III, 491—494).

§ 5. Praescripta canonum, quae potestatem episcoporum in bona temporalia ecclesiae cathedralis exercendam respiciunt.

Iam praecedente paragrapho diximus potestatem episcopi in bona temporalia ecclesiae cathedralis, praesertim primis saeculis, summam fuisse ita, ut ipse non tenebatur nec alicui rationes ex administratione bonorum ecclesiae temporalium reddere nec cuiusvis consensum in bonis temporalibus administrandis petere¹⁾. Haec potestas in bona ecclesiae temporalia episcopo a canonibus attribuebatur atque ita regulabatur, ut et auctoritas et potestas episcopi in bona ecclesiae temporalia salvaretur et bona temporalia debite administrarentur. In iisdem directivae dantur, quomodo bona ecclesiae temporalia administrari debent.

In eodem Ap. c. 38, quo summa potestas episcopi in bona ecclesiae temporalia asseritur, etiam directiva generalis datur, quomodo episcopus bona ecclesiae administrare debet: ipse enim debet bona ecclesiastica dispensare „velut Deo contemplante“ (ὡς Θεοῦ ἐφωροῦντος), id est cum bona conscientia, memor semper, quod Deo rationes ex sua administratione bonorum ecclesiae temporalium reddendae sunt; ipse debet propterea bona temporalia iuste secundum uniuscuiusque indigentiam dispensare atque in tota administratione bonorum temporalium praescripta canonum observare. Quae praescripta sunt:

a) Manifestae debent esse res propriae episcopi (si aliquas habet proprias) et manifestae dominicae, sc. res ecclesiasticae²⁾, id est debebat haberi accuratum inventarium rerum ecclesiasticarum et separatim accuratum inventarium rerum episcopi propriarum. Haec utraque classis bonorum temporalium debebat separatim ab episcopo administrari, ut ipse suas res, quibus voluerit derelinquere posset et ne propriae episcopi res ecclesiasticis confunderentur et inde damnum vel ecclesiae vel ipsi episcopo vel eiusdem propinquis oriretur: ecclesiae, ne, si e. g. creditores episcopi bona episcopi vel in casu mortis ipsius successorum ob debita ad satisfactionem trahant, bona quoque ecclesiae ad solutionem debitorum privatorum trahantur; episcopo, ne post mortem ipsius memoria ob suspicionem administrationis irregularis infametur; eiusdem propinquis, ne, si e. g. creditores ecclesiae bona ecclesiae ad satisfactionem trahant, bona quoque episcopi vel eiusdem successo-

¹⁾ Ap. c. 38; Const. Ap. I, 2, 35; Cyrillus Alex. epist. can. c. 2; Nic. II, c. 12.

²⁾ Ap. c. 40 (P. I, 21): "Ἐστὼ φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε καὶ τὰ ἴδια ἔχη) καὶ φανερὰ τὰ κυριακά".

rum ad solutionem debitorum ecclesiae trahantur. Quod praescriptum de inventario bonorum ecclesiasticorum et bonorum episcopi priorum conficiendo repetitur in Ant. c. 24 cum hoc additamento, quod exigitur, ut presbyteri et diaconi¹⁾, qui sunt circa episcopum, noscant ea, quae ad ecclesiam pertinere videntur, ad eum finem „ut si contigerit episcopum migrare de saeculo certis existentibus rebus, quae sunt ecclesiae nec ipsae collapsae depereant, nec quae propria probantur episcopi, sub occasione rerum pervadantur ecclesiae“²⁾.

Non constat, quae bona vocabantur tunc temporis (saec. IV) episcopi propria, utrum omnia bona, quae ipse acquisivit sive in servitio sive independenter ab eo (e. g. hereditas), an potius solummodo bona acquisita independenter a servitio ecclesiastico. Canon non definit hanc rem. Carthag. c. 35³⁾ (Bevereg., apud alios 32) statuit principium, quod episcopus libere administrare potest bona et libere disponere in vita et in ultima dispositione de bonis, quae ipse ante ordinationem episcopalem acquisivit. Quoad bona autem post ordinationem episcopalem acquisita episcopus poterat libere disponere in vita et ultima dispositione solummodo de iis, quae ipsi independenter a servitio ecclesiastico obvenerunt, e. g. hereditas, legatum⁴⁾, cum hac adhuc restrictione, si ea bona ad episcopum a parentibus aut patris et avunculis aut fratribus pervenerint⁵⁾. Secundum hoc principium quoad bona episcopi propria et libere disponenda Zonaras interpretatur iam Ap. c. 40⁶⁾. Bona post ordinationem episcopalem ab episcopo in servitio ecclesiastico acquisita ad ecclesiam pertinebant⁷⁾.

¹⁾ Presbyteri et diaconi civitatis episcopalis senatum ecclesiae formare videntur, qui episcopum in administratione ecclesiae adiuvabant et sede vacante curam ecclesiae habebant. Cf. Van-Espen, op. cit. t. 3, in Ant. c. 24, p. 144.

²⁾ Ant. c. 24 (P. I, 465): „Φανερά δε εἶναι τὰ διαφέροντα τῇ ἐκκλησίᾳ, μετὰ γνώσεως τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ὥστε τοῦτους εἰδέναι καὶ μὴ ἄγνωσιν, τίνα ποτὲ ἔσσι τῆς ἐκκλησίας, ὥστε μηδὲν αὐτοῖς λανθάνειν ἵνα εἰ συμβαίῃ τὸν ἐπίσκοπον μεταλλάττειν τὸν βίον, φανερῶν ὄντων τῶν διαφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ πραγμάτων, μήτε αὐτὰ διαπίπτειν καὶ ἀπόλλυσθαι, μήτε τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου ἐνοχλεῖσθαι, προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων“.

³⁾ Carthag. c. 35 (Bev. I, 558; apud alios c. 32).

⁴⁾ Cf. Nom. 10, 5 (P. II, 582, 583).

⁵⁾ Cf. Const. eccl. coll. I, 3, 42 (MG 138, 1141); Cod. 1, 3, 41 (42).

⁶⁾ Cf. Zonar. in Ap. c. 40 (Bev. I, 28).

⁷⁾ Cf. Nom. 10, 5 (P. II, 582, 583); Const. eccl. coll. I, 3, 42 (MG 138, 1141): „Τὰ μετὰ τὴν ἐπίσκοπὴν κτηθέντα ἐκποιεῖν ἐπίσκοπος οὐ δύναται, ἢ

b) Episcopus debebat bona ecclesiastica cum omni sollicitudine et bona conscientia ac fide, quae in Deum est, qui cuncta considerat iudicatque, ecclesiae conservare¹⁾. Propterea prohibetur in canonibus α) ne episcopus bona ecclesiastica in suum privatum dominium usurpet aut parentibus condonet²⁾; poterat tamen episcopus necessaria ad suam sustentationem et peregrinorum fratrum e bonis ecclesiasticis sumere³⁾ atque ex iisdem parentes, si pauperes sunt, tamquam pauperes sublevare⁴⁾; β) ne episcopus e bonis ecclesiae temporalibus novo opere privatum monasterium condant⁵⁾; aliqui enim episcopi omnem curam monasteriis privatis exstruendis dabant, mediis necessariis e bonis ecclesiae temporalibus desumptis, ut ex ipsis postea reditus privatos habere possent⁶⁾; episcopi hoc facere audentes puniebantur, monasteria autem contra praescriptum canonis exstructa non ad episcopum tamquam eius bonum privatum, sed ad sedem episcopalem iure dominii pertinebant etiamsi monasterium in aliena eparchia exstrueretur⁷⁾; γ) ne episcopus bona ecclesiae temporalia omnino arbitrarie alienet⁸⁾, cum alienatio bonorum ecclesiae temporalium peculiarem actum administrationis constituit et sub certis tantum conditionibus fieri permittitur.

c) Episcopus debebat e bonis ecclesiae temporalibus indigentibus per presbyteros et diaconos necessaria dispensare cum timore

διατίθεσθαι: ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ ἀπὸ γονέων, ἢ θεῶν, ἢ ἀδελφῶν εἰς αὐτὸν περιήλθεν, ἀλλὰ τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ διαφέρουσι, καὶ μετὰ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν λογισμοῦς τῶν τοιούτων πραγμάτων ὁ οἰκονόμος ἀπαιτεῖται“; cf. Cod. 1, 3, 41 (42).

¹⁾ Ant. c. 24 (P. I, 464): „Τὰ τῆς ἐκκλησίας τῇ ἐκκλησίᾳ καλῶς ἔχειν φυλάττεσθαι: δεῖ μετὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως καὶ πίστεως τῆς εἰς τὸν πάντων ἔσφορον καὶ κριτὴν Θεόν“.

²⁾ Ap. c. 38 (P. I, 21): „μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαι τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγένεσιν ἰδίοις τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίζεσθαι“.

³⁾ Ap. c. 41 (P. I, 22): „μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἶγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρεῖας καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν“.

⁴⁾ Ap. c. 38 (P. I, 21): „εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγεῖτο ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολεῖται“.

⁵⁾ Const. Ap. 1 et 2, c. 7 (P. II, 132): „μηδὲν τῶν ἐπισκόπων ἐξεῖναι μοναστήριον ἴδιον ἐπὶ καταλύσει τῆς οἰκίας ἐπισκοπῆς νεοσυργεῖν“.

⁶⁾ Tunc temporis enim, sicut ex canone citato concludi licet, fundatores institutorum ecclesiasticorum ius dominii in eadem habebant. De hac re cf. Z h i s m a n, Das Stifterrecht p. 4—9.

⁷⁾ Cf. Bals. in Const. 1 et c. 7 (MG 137, 1044).

⁸⁾ Cf. Carthag. cc. 26, 33; Nic. II, c. 12. Notandum est, quod statuta citatorum canonum proveniunt iam e tempore post edictum Constantini, quando ecclesia iam libere acquirere poterat res sive mobiles sive immobiles omnibus modis in legislatione civili praevisis et revera eadem acquirebat; isti canones agunt enim de alienandis fundis et agris.

Dei et omni reverentia¹⁾; verumtamen non tenebatur episcopus personaliter dispensare necessaria indigentibus e bonis ecclesiasticis, ut ipse ab omni suspicione immunis esset²⁾).

d) Episcopus debebat e bonis ecclesiae temporalibus necessaria ad sustentationem altari inservientibus suppeditare³⁾).

e) Denique ex Chalc. c. 26 tenebatur episcopus oeconomum e clero proprio ad bona ecclesiae secundum suas instructiones administranda assumere, ne administratio bonorum ecclesiae temporalium absque testimonio esset et ex hoc facultates ecclesiasticae dispergerentur atque ut omnis suspicio contra episcopum amoveretur⁴⁾).

§ 6. Quae bona ecclesiae temporalia et quando episcopi alienare poterant.

1. **Fontes.** De alienatione bonorum ecclesiae temporalium in genere expresse tractant sequentes antiqui canones: Anc. c. 15, Carthag. c. 26 et 33 et Nic. II, c. 12 et implicite etiam Ap. c. 38, Ant. c. 24 et Chalc. c. 24. Ad nostram quaestionem imprimis pertinent Carthag. c. 26, 33, Nic. II, c. 12, aliquo modo etiam Ap. c. 38, Ant. c. 24 et Chalc. c. 24. Principia iuris canonici quoad bona ecclesiae temporalia alienanda ab imperatoribus christianis recognita erant et in legislatione civili observabantur et protegebantur; inde ortae sunt novellae 7, 46, 54, 65, 67 c. 4, 68, 120 et constitutio Cod. 1, 2, 21, quae de hac materia tractant; istae leges civiles inter canones receptae sunt et in collectionibus ecclesiasticis inveniuntur: Nom. 2, 2; 10, 2, 4; 11, 1 et in Constitutionum ecclesiasticarum collectione a Balsamone facta l. III, tit. 2, c. 2 et 3. Priusquam ad principia generalia in canonibus et legislatione civili stabilita, quae ad alienationem bonorum ecclesiae temporalium et potestatem episcopi in hac materia referuntur, explicanda accedamus, iuvat conceptum alienationis explicare et divisionem bonorum temporalium in memoriam revocare.

¹⁾ Ap. c. 41 (P. I, 22): ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι τοῖς δεομένοις διὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου τοῦ Θεοῦ καὶ πάσης ἐβλαβείας; cf. Ant. c. 25 (P. I, 465).

²⁾ Cf. Bals. et Zon. in Ap. c. 41 (Bev. I, 28, 29).

³⁾ Ap. c. 4 (P. I, 14): „ἄηλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμεριζοῦσι καὶ τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς“.

⁴⁾ De Chalc. c. 26 et ipsius praescripto quoad oeconomus fusius tractabitur in paragrapho „Adiutores episcopi in bonis ecclesiae temporalibus administrandis“.

2. **Notio alienationis.** Alienatio (ἐκποίησης) dicitur translatio domini, scilicet donatio, venditio, emphyteusis, permutatio et similia¹⁾. Jam ex hac definitione alienationis a Balsamone data clare perspicitur, quod conceptus alienationis tunc temporis sensu largissimo sumebatur et comprehendebat non solum omnes istos actus, quibus dominium directum in bona ecclesiae temporalia in aliud aliquod subiectum domini transferebatur, ut e. g. donatio, venditio, sed etiam actus, quibus dominium semiplenum vel utile e. g. emphyteusis in alium transferebatur, et actus, quibus translatio domini praeparabatur, ut e. g. concessio servitutis in aliqua re ecclesiastica²⁾ vel institutio hypothecae specialis in eadem³⁾. Talis conceptus alienationis sensu largo sumptus habebatur quoque in legislatione civili quoad bona ecclesiae temporalia⁴⁾. Comprehendit igitur conceptus alienationis (ἐκποίησης) omnes istos contractus, quibus patrimonium ecclesiasticum cuiuscumque subiecti domini bonorum ecclesiae temporalium diminuitur vel damnum patitur translatione domini sive directi sive utilis in contrahentem, ut sunt contractus donationis (δωρεά), venditionis (πράσις), permutatio (ἀνταλλαγή, ἀμειψίς), emphyteusis (ἐμφύτευσις)⁵⁾ vel status iuridicus independentiae eiusdem bonorum periculo exponitur contractis in eadem obligationibus, ut est e. g. hypotheca specialis⁶⁾. Translatio domini sive directi sive utilis et oneratio rei obligatione in eadem contracta, praesertim ad longum tempus, sunt notae essentiales conceptus alienationis, quae tamquam criterium inservire possunt, qui actus sub notione alienationis comprehenduntur vel non. Sub conceptu alienationis comprehenduntur quoque: permutatio legati cum stabili reditu annuo in aurum vel argentum⁷⁾, usurpatio rerum sacrarum ad usus privatos⁸⁾, commutatio monasterii ab episcopo consecrati in habitaculum sae-

¹⁾ Bals. in Nic. II, c. 13 (Bev. I, 303): „Ἐκποίησης — ἡ μετάθεσις τῆς δεσποτίας ἡ γρουῦ ἢ δωρεά, ἢ πρᾶσις, ἢ ἐμφύτευσις, ἢ ἀνταλλαγή, καὶ ὅμοια“.

²⁾ Cf. Nom. 2, 1 (P. II, 485, 486); Dig. 8, 1, 4.

³⁾ Cf. Nom. 2, 2; Cod. 1, 2, 21; Nov. 7, c. 6, § 1.

⁴⁾ Nov. 7, c. 1: „Τὸ δὲ τῆς ἐκποιήσεως ὄνομα γενικώτερον διὰ τοῦτο τε θείκαμεν, ἵνα κωλύσομεν καὶ πρᾶσιν, καὶ δωρεάν, καὶ ἀμειψίν καὶ τὴν εἰς τὸ διηνεχὲς ἐντεινομένην ἐμφύτευσιν, ἧγε οὐδὲ πῶρρό καθεστήκει ἐκποιήσεως“.

⁵⁾ Cf. definitio Bals. in Nic. II, 12 (Bev. I, 303); Nov. 7, c. 1.

⁶⁾ Cf. Nom. 2, 2 (P. II, 497); Cod. 1, 2, 21; Nov. 7, c. 6, § 1.

⁷⁾ Cf. Cod. 1, 3, 57; Nom. 2, 1 (P. II, 491, 492).

⁸⁾ Cf. Ap. c. 73; Const. 1 et 2, c. 10.

culare¹⁾, elocatio rei (ἐκδοσις)²⁾ praesertim ad longum tempus, quae est transmissio alicuius iuris realis ad certas personas vel tempora³⁾.

3. Divisio rerum (bonorum). Cum non omnes omnino res ecclesiae eodem modo alienari prohibebantur, iuvat divisionem earundem adducere. Bona dividebantur in: a) mobilia (κινητά) et immobilia (ἀκίνητα). Res mobiles sunt, quae salvae et integrae e loco in locum moveri possunt, aliae sunt immobiles⁴⁾. Res mobiles subdividebantur in α) simpliciter mobiles (κινητά), quae ex aliquo loco in alium moveri possunt, ut sunt e. g. vasa, et β) se moventes (αὐτοκινητά), quae se ipsas movent, ut sunt e. g. pecudes⁵⁾. Immobiles subdividebantur in: α) agros (αὐτούργια), qui e rebus ipsis et tamquam, sua sponte fructus praebent, ut sunt salinae, oliveta, vineta, prata molendina in aquis sita, figulinae et eiusmodi alia, β) ceteras res immobiles, quae e rebus ipsis fructus non praebent, e. g. domus⁶⁾. Praeterea res dividebantur in: b) consumptibiles (εὐφθαρτα) et non consumptibiles (ἀφθαρτα). Consumptibiles sunt, quae primo suo usu naturali consumuntur seu in aliam substantiam mutantur, e. g. panis, lignum ad comburendum, non consumptibiles autem sunt, quae usu non corrumpuntur et in substantia sua post usum manent⁷⁾, e. g. vestes. Magni momenti pro nostra quaestione alienationis bonorum ecclesiae est quoque divisio in: c) res pretiosas (κειμήλια), quae notabilem valorem habent artis, historiae,

¹⁾ Cf. Chalc. c. 24 (P. I, 531); Trull. 49 (P. II, 50); Nic. II, c. 13 (P. II, 114).

²⁾ Bals. in Nic. II, c. 12 (Bev. I, 303), „ἐκδοσις ἢ ἐπὶ προσώποις ἢ χρόνοις ὀρισμένοις παρακομπή“; sed ipsa non est permutanda cum alienatione (ἐκποίησης) stricto sensu, quod abusive aliquando fiebat — animadvertit Balsamon l. c.

³⁾ Zhisman, Das Stifterrecht p. 72, enumerat quoque tamquam actus sub conceptu alienationis comprehensos sustentationem clericorum, qui supra determinatum numerum in servitium alicuius ecclesiae ordinantur et emptionem vel acceptationem praedii sterilis (sc. ex parte administratoris bonorum ecclesiae temporalium). Quoad ultimum actum mihi videtur distinguendum esse; si agitur de emptione praedii sterilis pecunia ecclesiae, concedo, quia habetur translatio domini in contrahentem in certam summam pecuniae ecclesiae, quae in tali casu e bonis ecclesiae expendi debet et propterea damnum patrimonii ecclesiastico affertur; si autem agitur de acceptatione praedii sterilis ecclesiae condonati, nego, quia nihil expenditur e bonis ecclesiae, nullius rei dominium in contrahentem transfertur neque ulla res ecclesiastica quoquo modo oneratur, et propterea patrimonium ecclesiasticum nullum damnum patitur; hae autem duae notae: translatio domini rei ecclesiasticae vel oneratio eiusdem obligationibus contractis (praesertim ad longum tempus) sunt essentialia pro conceptu alienationis etiam sensu largissimo sumpto.

⁴⁾ Cf. Dig. 50, 16, 93.

⁵⁾ Cf. Bals. in Carthag. c. 33 (Bev. I, 560, c. 36).

⁶⁾ Cf. Bals. in Nic. II, c. 12 (Bev. I, 303).

⁷⁾ Cf. Bals. in Carthag. c. 33 (Bev. I, 560, c. 36); Dig. 13, 6, 3 § 6.

materiae causa, et ceteras res, quibus peculiaris valor ob defectum memoratarum notarum deerat ¹⁾). Res pretiosae similis conditionis erant ac res immobiles: ipsae non erant alienandae, sed sicut immobiles ecclesiae conservandae. Aliae divisiones rerum, e. g. res corporales et incorporales, fungibiles et non fungibiles, cum ad nostram quaestionem nihil faciunt, omittuntur.

4. Principium generale iuris canonici antiqui quoad alienationem bonorum ecclesiae temporalium. Principium generale quoad alienationem rerum ecclesiasticarum statuitur in Carthag. c. 26: „rem ecclesiasticam nemo vendat“ ²⁾, secundum quod nefas erat quodcumque bonum ecclesiasticum a quocumque vendere. Bona enim temporalia ab ecclesia acquirebantur non ad hunc finem, ut alienarentur, sed ut necessitatibus ecclesiae inservirent, nempe ad sumptus cultus celebrandi solvendo, clerum sustentandum, pauperes sublevandos; hoc fieri debebat, in quantum possibile erat, e redditibus bonorum ecclesiae, tamen non hoc modo, ut substantia eorundem alienaretur. Cum autem redditus stabiles imprimis bona immobilia ecclesiae praebent, principium allatum imprimis ad eadem bona refertur. Quod principium etiam in legislatione civili agnatum erat quoad res immobiles et res pretiosas ³⁾; illud valebat in pleno suo vigore quoad omnes episcopo eparchiae inferiores ⁴⁾.

5. Quae bona ecclesiae episcopus alienare poterat? Episcopus, sicut iam dictum est, summam potestatem in bona ecclesiae cathedralis temporalia habebat; ipse enim erat repraesentans eiusdem tamquam subiecti dominii bonorum temporalium et qua talis iura proprietaria exercebat, ad quae etiam ius disponendi de substantia bonorum pertinebat. Quod ius episcopi (disponendi de substantia bonorum) videtur esse in contradictione cum citato principio Carthag. c. 26: „rem ecclesiasticam nemo vendat“. Haec apprensus contradictio evanescit,

¹⁾ Cyrillus Alex. (†444) ep. can. c. 2 (P. I, 651): „Κεμήλια μὲν γὰρ καὶ κτήσεις ἀκινήτους, ἀνεκποιήτους ταῖς ἐκκλησίαις σώζεσθαι χρή“; cf. C. I. C. c. 1497 § 2 et c. 1532.

²⁾ Carthag. c. 26 (R. P. S. t. III. p. 372; Bev. I, 551 c. 29): „πράγμα ἐκκλησιαστικὸν μηδεὶς πωρᾶσκει“.

³⁾ Cf. Nov. 7, 1, 8; 120, 20.

⁴⁾ Ancyr. c. 15 (P. I, 446): „Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ, ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνακαλεῖσθαι τὸ κυριακόν“; Carthag. c. 33 (R. P. S. t. III, p. 390; Bev. I, 560, c. 36): „τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων ἐπισκόπων πρᾶγμα μὴ πωρᾶσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ἧ καθιέρωνται“. — Concludi debet, si presbyteris non licebat alienare quamcumque rem ecclesiasticam, a fortiori omnibus ipsis inferioribus hoc prohibebatur.

si duo in mentem revocantur: a) quod ius domini disponendi de re propter utilitatem publicam aut aequalitatem naturalem lege (in nostro casu canone) limitari potest¹⁾; b) quod principium generale Carthag. c. 26 quoad alienationem bonorum ecclesiae temporalium propter utilitatem ecclesiae statutum est, ut ipsi prodesset, non ut noceret. Inde omnino naturales exceptiones e citato principio quoad facultatem episcopi alienandi bona temporalia ecclesiae cathedralis deducuntur; ipse enim alienationes bonorum temporalium ecclesiae, quae cum ordinaria administratione eorundem connectuntur, sine ullo impedimento, sine ulla limitatione in canonibus facere poterat, e. g. alienationes fructuum aut reddituum ad pauperes sublevandos, alienatio pecuniae ecclesiae ad vestes sacras et vasa sacra emenda, quia in his casibus memoratum principium ecclesiae potius noceret, quam prodesset; propterea non invenitur in canonibus ulla limitatio quoad bona mobilia ab episcopo alienanda, exceptis rebus pretiosis quae similis conditionis ac res immobiles erant²⁾, immo amplissima facultas ipsi in hac materia agnoscebatur. Ius proprietarium, i. e. ius disponendi de substantia rerum mobilium ecclesiae cathedralis, quod ab episcopo exercebatur, a canonibus illimitatum relinquebatur³⁾. Verum est, quod in Carthag. c. 26, in quo citatum principium statutum et in quo sermo est de formalitatibus in re ecclesiastica vendenda ab episcopo observandis, non dicitur expresse, quod agitur de re immobili; tamen verba „si res ecclesiastica redditus non praebet et gravis adest necessitas“⁴⁾, quibus conditiones indicantur, in quibus episcopus rem ecclesiasticam vendere poterat, comparata cum summa potestate disponendi de rebus ecclesiasticis, quae episcopo in canonibus Ap. 38, 48, Ant. 24, 25 et Nic. II, 12 attribuitur⁵⁾, et ipsum factum, quod ab episcopo tali potestate in res ecclesiasticas

1) Cf. § 3, n. 1 (in textu) I partis huius dissertationis (t. X, pag. 278).

2) Cf. n. 1, pag. 15.

3) Ap. c. 38 (P. I, 21): „Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα καὶ διοικεῖτο ὡς Θεοῦ ἐμφωρῶντος“; Ap. c. 41 (P. I, 22): „Τὸν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. ...ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι τοῖς δεομένοις“...; Ant. c. 24 (P. I, 464): „Τὰ τῆς ἐκκλησίας... διοικεῖσθαι προσήκει μετὰ κρίσεως καὶ ἐξουσίας τοῦ ἐπισκόπου τοῦ πεπιστευμένου πάντα λαόν“; Ant. c. 25 (P. I, 465): „Ἐπίσκοπον ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων ἐξουσίαν, ὥστε αὐτὰ διοικεῖν εἰς πάντας τοὺς δεομένους“. Cf. Nic. II, 12 (P. I, 113), quo statutum Ap. c. 38 repetitur.

4) Carthag. c. 26 (R. P. S. III, p. 372): „Ὅπερ πρᾶγμα, εἰ ἂν προσόδους μὴ ἔχη καὶ πολλή τις ἐπείγη ἀνάγκη, τοῦτο ἐμφανίζεσθαι τῷ προτεβοντι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ μετὰ τοῦ ὄρισμένου ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων βουλευέσθαι, τί δεῖ πράξει“.

5) Cf. n. 3 huius paginae.

a canonibus donato peculiare sollemnitates ante alienationem rei a canonibus explendae exiguntur, satis clare innuunt, agi de re immobili ab episcopo vendenda ita, ut prius facta assertio de iure proprietario disponendi circa substantiam rerum mobilium ecclesiae cathedralis, quod ab episcopo exercebatur, a canonibus illimitato, manet inconcussa. Eadem confirmatur a Carthag. c. 33 et Nic. II, c. 12, qui de rebus ecclesiasticis ab episcopo alienandis et de sollemnitatibus ab eodem observandis tractant; qui canones solummodo ad res immobiles ab episcopo vendendas, nempe agros (τὰ χωρία¹⁾, τὰ ἀβουργιά et οἱ ἀγροί²⁾ certas sollemnitates ab episcopo observandas praescribunt; eadem confirmatur quoque e legislatione civili, quae res ecclesiasticas respicit, in qua solummodo res immobiles et vasa pretiosa alienari prohibebantur³⁾. Cyrillus Alex. († 444) in ep. can. c. 2 solummodo de vasis pretiosis (κεμήλια) et possessionibus immobilibus (κτήσεις ἀκίνητοι) declarat, quod ipsa inalienabilia sunt et ecclesiae servari debent⁴⁾. Ex dictis sequitur episcopus res mobiles ecclesiae alienare posse, neque sub hoc respectu a canonibus limitari, quia alienatio rerum mobilium cum ordinaria administratione bonorum connectitur, quae administratio limitationibus quoad bona mobilia ab episcopo alienanda admodum difficilis, immo aliquando impossibilis redderetur.

Aliter autem res se habebat cum alienatione rerum immobilium et rerum pretiosarum; alienatio earundem potius actus extraordinariae administrationis erat. Res immobiles stabiles redditus dare solent, qui ad necessitates ecclesiae solvendas sufficiunt et sufficere debent ita, ut exceptis extraordinariis casibus, e. g. praedia sterilia, quae nullum redditum dant⁵⁾, vel necessitas debita fisco solvendi⁶⁾ vel quoad vasa pretiosa necessitas captivos redimendi⁷⁾, non aderat in ordinaria administratione bonorum temporalium necessitas haec bona i. e. immobilia et vasa pretiosa alienandi. Ex alia parte utilitas ecclesiae exigebat, ut haec bona ecclesiae conservarentur: bona immobilia, quia certum fundamentum reddituum stabilium erant, res pretiosae autem ob suum peculiarem valorem. Inde factum est,

¹⁾ Carthag. c. 33 (R. P. S. III, 390): „καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων“.

²⁾ Cf. Nic. II, c. 12 (P. I, 113).


³⁾ Cf. Nov. 7; 46; 65; 67, c. 4; 68 (praes. c. 3, 4); 120, c. 9.

⁴⁾ Cf. n. 1, pag. 15

⁵⁾ Cf. Nov. 65

⁶⁾ Cf. Nov. 46.

⁷⁾ Cf. Nov. 7, 8; 120, 10.



quod alienationes horum bonorum peculiari curae canonum obnoxiae erant; ius proprietarium episcopi tamquam repraesentantis subiecti domini bonorum temporalium, etiamsi ipse principaliter e summa potestate ipsi in bona ecclesiae temporalia a canonibus¹⁾ attributa et haec bona valide alienare poterat, ob utilitatem ecclesiae paulisper limitatum erat ita, ut arbitraria alienatio eorundem ob sollemnitates a canonibus praescriptas impedita erat. A canonibus enim exigebatur gravis necessitas, ut ista bona alienari possent; sed etiam in casu gravis necessitatis solummodo ista bona immobilia alienari permittebantur, quae nullum redditum praebebant²⁾. Ad omnes abusus evitandos alienatio bonorum immobilium ab episcopo intenta prius metropolitae denuntianda erat³⁾, qui in synodo cum ceteris episcopis provinciae in stabilito numero praesentibus⁴⁾ rem examinabat, utrum gravis necessitas rem immobilem alienandi adsit, an forsitan alio modo necessitati ecclesiae provideri possit, an revera de re immobili nullum redditum praebente agatur. Solummodo post talem examinationem a metropolita et 12 episcopis provinciae in synodo convocatis factam et episcopi proposito favorabilem episcopus bona immobilia ecclesiae cathedralis licite alienare poterat, excepto casu urgentis necessitatis ecclesiae, ob quam impossibile erat examinationem superius descriptam ante alienationem facere; sed etiam in tali casu debebat episcopus episcopos vicinos convocare, ut testes esse possent urgentis necessitatis ecclesiae et synodo rationes reddere de urgentibus suae ecclesiae incommoditatibus, quae ipsum ad rem immobilem hoc modo alienandam coegerunt⁵⁾.

Similia praescripta statuuntur in Carthag. c. 33, in quo ad praedia ecclesiae ab episcopo alienanda requiritur consensus synodi vel suorum presbyterorum⁶⁾, et in Nic. II, c. 12, in quo alienatio agrorum (ἀγρουργίων) magistratibus civilibus sive directe sive per in-

¹⁾ Ap. c. 38, 41; Ant. c. 24, 25; Nic. II, c. 12.

²⁾ Carthag. c. 26 (R. P. S. III, 372): „Ὅπερ πρᾶγμα, ἐὰν προσόδους μὴ ἔχῃ καὶ πολλή τις ἐπείγῃ ἀνάγκη“....

³⁾ Carthag. c. 26 (l. c. sub n. anteced.): „τοῦτο ἐμφανίζεσθαι τῷ πρωτεύοντι, τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας, καὶ μετὰ τοῦ ὠρισμένου ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων βουλευέσθαι, τί δεῖ πρᾶξαι“.

⁴⁾ Bals. in Carthag. c. 26 (Bev. I, 551, c. 29) dicit, quod examinationi debebant 12 episcopi adesse.

⁵⁾ Carthag. c. 26 (R. P. S. III, 372): „Εἰ δὲ τσαύτη ἐπειγοὶ ἀνάγκη τῆς ἐκκλησίας, ὡς μὴ δύνασθαι πρὸ τοῦ πολεῖν βουλευέσθαι, κἂν τοὺς γειτνιῶντας πρὸς μαρτυρίαν καλέσῃ ὁ ἐπίσκοπος, φροντίδα ποιούμενος τοῦ ἀποδείξει τῇ συνόδῳ πάσας τὰς συμβάσας τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ περιστάσεις“.

⁶⁾ Carthag. c. 33 (R. P. S. III, 390): „καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρὶα τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοοῦσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων“.

terpositas personas omnino prohibebatur et facta invalida erat¹⁾. Nec poterat talis alienatio sterilitate praedii et necessitate ecclesiae excusari, quia in talibus circumstantiis praedium clericis vel agricolis alienandum erat²⁾.

Vasa pretiosa et sacra poterat episcopus alienare cuicumque ad captivos redimendos³⁾ et quidem sicut videtur sine obligatione peculiare sollemnitates observandi⁴⁾. Item superflua vasa sacra poterat episcopus aliis institutis ecclesiasticis alienare⁵⁾.

Poterat quoque episcopus bona immobilia ecclesiae cathedralis cum bonis aliarum ecclesiarum episcopaliū vel piorum institutorum permutare, si aderat aliqua inevitabilis causa ad permutationem faciendam et permutatio utrique contrahenti utilis erat⁶⁾; res tamen metropolitae ab episcopo deferenda et ab eodem approbanda erat.

Μὴ ὁσσης τοίνον ἀνάγκης μηδὲ ἐπισκόπων ἐξεῖναι καταχρησασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος“.

¹⁾ Nic. II, c. 12 (P. II, 113): „Ἐἴ τις ἐπίσκοπος ἐβρεθείη ἢ ἡγοόμενος, ἐκ τῶν ἀδτουργιῶν τοῦ ἐπισκοπέιου ἢ τοῦ μοναστηρίου ἐκποιούμενος εἰς ἀρχοντικὴν χεῖρα, ἢ ἐτέρῳ προσώπῳ ἐκδιδοὺς, ἄκυρον εἶναι τὴν ἐκδοσιν“. — Permittabatur tamen alienare praedium reditum non praebens in gravi necessitate ecclesiae clericis vel agricolis non tamen tamquam callide interpositis personis, ut ab ipsis magistratus idem emere possent. „Ἐἰ δὲ πανουργία „πονηρὰ χρῆσονται καὶ ἐκ τοῦ κληρικοῦ ἢ τοῦ γεωργοῦ ὠνήσῃται ἄρχων τὸν ἄγρον, καὶ οὕτως ἄκυρον εἶναι τὴν πρᾶσιν, καὶ ἀποκαθίστασθαι τῷ ἐπισκοπέῳ“. — Ad intelligendum rigorem canonis notandum est, quod concilio Nicaeno II pugna iconomachorum antecessit. Tempore anteriori auctoritas ecclesiastica ab imperatoribus iconomachis suis iuribus spoliata erat, quae sibi potestas civilis usurpaverat. Ad hoc pervenit, quod potestas civilis auctoritate ecclesiastica contempta abbates monasteriorum et episcopos ipsa instituebat. Hoc tempore tristi non deerant personae ambitiosae apud clerum, quae ad officia in ecclesiastica hierarchia superiora obtinenda se promissionibus erga magistratus civiles ad dona ipsis danda obligabant; quas promissiones officio simoniace obtento donationibus e bonis ecclesiasticis officio adnexis explebant. Hic modus agendi magnum damnum ecclesiae afferebat. Inde et rigor canonis ad malum penitus extirpandum et simoniam impediendam provenit. Cf. Ник., Пр. I, 622, 623.

²⁾ Nic. II, c. 12 (P. II, 113): „Ἐἰ δὲ προφασίζοντο ζεμίαν ἐκποιεῖν, καὶ μὴ δὲν πρὸς ὄνησιν τυγχάνειν τὸν ἄγρον, μηδὲ οὕτω τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν ἐκδιδόναι τὸν τόπον ἀλλὰ κληρικοῖς ἢ γεωργοῖς“.

³⁾ Cf. Nom. 2, 2 (P. II, 497): „τὰ ἱερά σκεῆθ οὔτε πιπράσκειται, οὔτε ὀπιθεται, εἰ μὴ διὰ λύσιν αἰχμαλώτων“; cf. Inst. 2, 1 § 8; Nov. 7, 8; 120, 10.

⁴⁾ Cf. Nov. 7, 8: „πλὴν εἰ μὴ τοῦτο (sc. alienatio rerum pretiosarum — ἐκποίησης τῶν κειμηλίων) γένοιτο... διὰ ἀνάγκης αἰχμαλώτων, ἐνθα ψυχὰς ἀνθρώπων ἐλευθεροῦσι θανάτου καὶ δεσμῶν τῆ τῶν ἀψύχων ἐκποιήσῃ κειμηλίων“.

⁵⁾ Nom. 2, 2 (P. II, 499): „ἄδεια ἔσται... τὰ περιττὰ σκεῆθ ἄλλοις εὐαγέσειν οἴκοις χρεῖαν ἔχουσι πωλεῖν ἢ χωνεῖν καὶ πιπράσκειν“.

⁶⁾ Nov. 54, 2: „κατὰ τινὰ ἀπαραίτητον πρόφασιν καὶ συμφέρουσαν τῷ τε διδόντι τῷ τε λαμβάνοντι ἐκκληρίῳ οἴκῳ...“.

Ex dictis sequitur: Episcopus, qui iura proprietaria quoad bona ecclesiae cathedralis tamquam subiectum dominii bonorum exercebat, principaliter ius disponendi de substantia istorum bonorum habebat, cum hoc ius qualitas principalis iuris proprietarii est¹⁾; ista potestas ipsi competens in can. Ap. 38, 41, Ant. 24, 25, Nic. II, 12 principaliter agnoscitur. Ex hac potestate ipse bona mobilia sine ulla limitatione in canonibus alienare poterat. Quoad vasa pretiosa et sacra (κειμήλια, ἱερά σκεύη) episcopus eadem ad captivos redimendos vel etiam, si superflua erant, aliis ecclesiis vel institutis ecclesiasticis alienare poterat, item absque obligatione ad peculiare sollemnitates observandas. Quoad bona autem immobilia, cum utilitas ecclesiae exigit, ne ista bona alienentur, quia certum fundamentum reddituum stabilium esse solent eorumque alienatio ab ordinaria administratione non requiritur, potestas episcopi disponendi de eorum substantia — in nostro casu eadem alienandi — a canonibus limitata erat ad certas in canonibus praescriptas condiciones (gravis vel etiam urgens necessitas ecclesiae cathedralis, praedium, quod alienatur, debet esse sterile) et ligata certis sollemnitatibus observandis (delatio ad metropolitam de alienatione rei immobilis facienda, examinatio causae a metropolita simul cum 12 episcopis provinciae, vel saltem invitatio vicinorum episcoporum tamquam testium necessitatis ecclesiae particularis et relatio ab episcopo in synodo facienda). Ista potestas episcopi alienandi bona immobilia limitata quoque erat ad certas personas, e. g. secundum Nic. II, 12 non permittebatur alienare immobilia magistratibus civilibus²⁾.

6. Quando episcopus bona immobilia ecclesiae alienare poterat? Hae sunt condiciones (εὐλογοὶ καὶ ἀναγκαῖαι αἰτίαι), in quibus episcopus bona immobilia ecclesiae alienare poterat :

a) **Necessitas ecclesiae** (ἡ κατεπείγουσα ἀνάγκη), cui consulendae alia media deerant³⁾, quae verificabatur: α) quando aderat necessitas extruendi vel instaurandi aedificia ecclesiastica⁴⁾;

¹⁾ Cf. § 3, n. 1 (in textu) huius partis dissert. (tom. X, pag. 278).

²⁾ Notandum est, quod in ecclesia Constantinopolitana bona immobilia alienari omnino prohibebantur ita, ut episcopi eiusdem bona immobilia ecclesiae alienare non poterant. Cf. Const. eccl. coll. III, 2, 2 (MG 138, 1312); Cod. 1, 2, 14 et 17; Nov. 7, 2; 46, 3; 54, 2 § 1.

³⁾ Cf. Carthag. c. 26, 33 (R. P. S. III, 372 et 390); Bals. et Zon. in Carthag. c. 26, 33 (Bev. I, 551, 560 sq. can. 29 et 36).

⁴⁾ Const. eccl. coll. I, 2, 17 (MG 138, 1105—1107): „ἢ εἰς κατεπείγουσαν τοῦ εὐ-αγοῦς οἴκου ἀνανέωσιν“; cf. Const. eccl. coll. III, 2 (MG 138, 1310); Cod. 1, 2, 17; Nov. 120, 6 § 2.

β) emendi magis necessarias res ecclesiae, e. g. vasa sacra¹⁾; γ) ad aes alienum e successione vel alio usu necessario contractum statui (tributa) vel privatis solvendum²⁾.

b) Bonum rei publicae³⁾.

c) Alimenta pauperum⁴⁾ et redemptio captivorum⁵⁾.

d) Utilitas ecclesiae vel necessitas damni evitandi⁶⁾, quae aderant: α) quando bona immobilia alienanda redditum non praebebant⁷⁾, β) quando bona alienanda ab ecclesia longe distabant vel incursionibus barbaricis dedita erant⁸⁾, γ) quando bona alienanda domus diruta erant, ad quas reparandas media deerant⁹⁾.

Praeter enumeratos casus poterat episcopus bona immobilia alienare ob causam iuridicam, sc. quando testator bona ecclesiae

¹⁾ Const. eccl. coll. I, 2, 17 — l. c. sub nota anteced.: „ἢ ἐφ' ᾧ ἕτερον ἀναγκαιότερον κτήσασθαι πράγμα“.

²⁾ Const. eccl. coll. (MG 138, 1310): „εἰ μὴ ἐπωφελῆς εἶη ἡ πῶσις ἢ ἡ ὀποθήκη, ἢ ἡ ἀναλλαγὴ, ἢ διηλεκτὴς ἐμφότευσις· τουτέστιν, ὅτε τὸ τίμημα τοῦ πιπασκομένου, ἢ τὸ δανεισθὲν ἐπὶ ὀποθήκῃ μέλλει προχωρεῖν εἰς λύτρωσιν χρέους ἐκ διαδοχῆς ἢ χρείας ἐτέρας ἀναγκαίας ἐπικειμένου τῷ εἰσπρατῆρι οἷον“ cf. Nov. 46.

³⁾ Nov. 7, 2: „ἢ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς πολιτείας βλέπουσα χρεῖα“; Nov. 120, 6 § 2: „ὅπερ δημοσίων συντελειῶν“.

⁴⁾ Cf. Ap. c. 38. Notare iuvat, quod ad pauperum alimenta imprimis redditus bonorum immobilium et bona mobilia, praesertim autem fundationes ad hunc finem institutae inservire debent. Cf. Nov. 120, 9; 131, 1; 65, 1.

⁵⁾ Cf. Nom. 2, 2 (P. II, 497, 499); Inst. 2, 1 § 8; Cod. 1, 2, 21; Nov. 120, 10; 65, 1; cf. n. 3—4 huius paragraphi (pag. 19). In Nov. 65, 1 permittebatur alienatio rei immobilis, quae tamquam legatum vel hereditas ad redemptionem captivorum vel pauperum alimenta relicta erat, si haec res nullum redditum praebebat, vel erat domus paene diruta et ab ecclesia longe distans vel vineae, quarum fructus non semper habebantur vel eadem incursionibus barbaricis deditae erant. Si enumeratae conditiones deerant — res immobilis ad captivorum redemptionem vel pauperum alimenta relicta alienari prohibebatur et solummodo redditus eiusdem ad fines stabilitos inservire debent.

⁶⁾ Const. eccl. coll. I, 2, 17 (MG 138, 1105): „εἰ μὴ ἐπωφελῆς, εἶη ἡ πῶσις, ἢ ἡ ὀποθήκη, ἢ ἡ ἀναλλαγὴ, ἢ διηλεκτὴς ἐμφότευσις“; Cod. 1, 2, 17: „πλὴν εἰ μὴπου χρείας τινὸς ἀναγκαίας καὶ ἐπωφελοῦς τοῖς αὐτοῖς σεβασμίους οἴκοις ἀνακουπόσης“. Cf. Nov. 7, 6 § 1; Const. eccl. coll. III, 2 (MG 138, 1312).

⁷⁾ Carth. c. 26 (R. P. S. III, 372): „πράγμα, ἐὰν προσόδους μὴ ἔχῃ“; Const. eccl. coll. III, 2, 2 (MG 138, 1312): „Τὰς ἀνωφελεῖς ἢ ἐπιβλαβεῖς τῶν εὐαγῶν οἰκῶν πραττομένων ὀπονημάτων ἐκποιεῖτωσαν οἱ τούτων διοικηταί“; Const. eccl. I, 2, 17 (MG 138, 1105): „Τὰ γὰρ διὰ τὴν ἀπορίαν ἐπιζημεῖα δωρεῖσθαι καὶ ἐχχωρεῖν δύνανται“ — Cf. Cod. 1, 2, 17; Nov. 120, 7 § 1.

⁸⁾ Cf. Const. eccl. coll. III, 3 (MG 138, 1317, 1318); Nov. 131, 12; 65.

⁹⁾ Cf. Const. eccl. coll. III, 2 (MG 138, 1303 sq.); Nov. 65.

ad hunc finem reliquit, ut eadem venderentur et e summa accepta aliquod opus pium a testatore desideratum et commendatum faceretur ¹⁾).

7. Regulae in alienatione bonorum ecclesiae observandae:

a) Quoad ordinem bonorum alienandorum. In rebus ecclesiasticis alienandis ad effectus civiles obtinendos generalia praescripta legislationis civilis pro contractibus servari debebant. Erant praeterea observandae certae regulae quoad ordinem bonorum alienandorum non tamen ad validitatem, sed tantum ad liceitatem actus, nempe: mobilia alienanda erant ante immobilia; res superfluae ante res necessarias; vasa sacra alienanda erant imprimis aliis institutis ecclesiasticis ad redemptionem captivorum; si eadem laicis alienarentur, conflari debebant ²⁾).

b) Quoad subiecta, quibus bona ecclesiae temporalia alienari poterant. Bona ecclesiae temporalia imprimis aliis ecclesiis vel institutis ecclesiasticis alienanda erant ³⁾; si autem hae iisdem non indigebant, tunc clericis vel agricolis alienari poterant ⁴⁾. A bonis ecclesiae temporalibus acquirendis excludebantur: haeretici ⁵⁾, oeconomi ⁶⁾, administratores institutorum ecclesiasticorum a bonis temporalibus istorum institutorum acquirendis ⁷⁾, magistratus civiles quoad agros episcopatus vel monasterii ⁸⁾ et consanguinei vel affines oeconomorum vel administratorum institutorum ecclesiasticorum quoad bona temporalia ecclesiarum vel institutorum, in quibus isti officium oeconomi vel administratoris gerunt ⁹⁾. Episcopus tenebatur has regulas in alienatione bonorum ecclesiae temporalium observare.

8. Sanctiones poenales in episcopum, qui praescripta canonum quoad bona ecclesiae immobilia alienanda non servavit. Episcopus, qui bona ecclesiae immobilia sine urgente vel saltem gravi necessitate alie-

¹⁾ Z h i s m a n, Das Stifterrecht, p. 75.

²⁾ Nom. 2, 2 (P. II, 497—499); cf. Const. eccl. coll. I, 2, 17 (MG 138, 1106) Nov. 120, 6 § 2; 120, 10.

³⁾ Nom. 2, 2 (P. II, 499); cf. Nov. 120, 10.

⁴⁾ Nic. II, c. 12; cf. B a l s. in Nic. II, c. 12 (Bev. I, 304).

⁵⁾ Carthag. c. 25 (MG 138, 115): „Ὡστε τοὺς ἐπισκοποὺς καὶ τοὺς κληρικὸς μὴ δένα συννεισάγειν τοῖς μὴ ὁρθοδόξοις“. — Cf. B a l s. in Carthag. 25 (MG 138, 115, 116); Nom. 10, 8 (P. II, 585); Nov. 131, 14.

⁶⁾ Oeconomi excludebantur ab acquirendis bonis temporalibus ecclesiae, in qua officium oeconomi gerebant. — Cf. Nom. 10, 1 (P. II, 579, 580); Const. eccl. coll. III, 2, 2 (MG 138, 1309, 1310); Nov. 120, 7 § 1; 123, c. 6.

⁷⁾ Vide notam antecedentem.

⁸⁾ Nic. II, c. 12 (P. II, 113).

⁹⁾ Vide n. 6 huius pag.

naverat vel alienaverat praedium redditum praebens et non sterile, in utroque casu delatione ad metropoliam de alienatione boni immobilis facienda ommissa, vel in urgente necessitate ecclesiae absque delatione ad metropolitam bonum immobile alienans vicinos episcopos tamquam testes necessitatis ecclesiae suae non invitaverat et alienatione facta synodo provinciali relationem de toto negotio alienationis et necessitate ecclesiam urgente non dederat, — a synodo iudicabatur et dignitate episcopali privabatur¹⁾. Hoc statuit Carthag. c. 26. Idem canon nihil dicit de invaliditate actus alienationis absque requisitis conditionibus et formalitatibus facti. Propterea dicendum esse videtur actum alienationis fuisse validum, cum episcopus tamquam repraesentans ecclesiae cathedralis prout subiecti domini bonorum temporalium principaliter ius habebat disponendi de substantia omnium bonorum temporalium suae ecclesiae, in nostro casu alienandi bona quoque immobilia. Ex hoc autem, quod potestas episcopi alienandi bona immobilia ob utilitatem ecclesiae ad certas condiciones limitata et certis formalitatibus observandis ligata erat, actus alienationis bonorum immobilium ab episcopo absque istis formalitatibus et absque verificatione requisitarum a canone conditionum positus, erat quidem illicitus et quia contemptum canonum significabat, poenae obnoxius, non tamen invalidus. Episcopus enim capax erat ad contractum alienationis faciendum, bona vero immobilia non erant extra commercium, quia aliquando alienari poterant²⁾, nec denique canon invaliditatem actus statuit. Poterat tamen hic actus alienationis boni immobilis ab episcopo absque praescriptis sollemnitatibus et absque verificatione requisitarum a canone conditionum positus, ex se tantum illicitus, fieri invalidus, si episcopus bonum immobile haereticis aut oeconomis eorumque consanguineis vel affinibus aut magistratibus civilibus alienaverat, quia hae personae a bonis ecclesiae immobilibus acquirendis exludebantur.

Episcopi autem, qui bona ecclesiae immobilia magistratibus civilibus alienabant sive dolo et fraude (πανουργία πανηγρά), i. e. per interpositas personas, sive etiam manifesto et palam (φανερῶς), depositione puniebantur „ut qui male dissipent, quae non congregavere“³⁾.

¹⁾ Quoad textum praescripta Carth. c. 26 referentem cf. nn. 2, 3, 5 pag. 18 huius paragraphi; statutum poenae citati canonis (Carthag. 26 in R. P. S. III, 472) est sequens: „Ὅτι ἐὰν μὴ ποιήσῃ (sc. episcopus) ὁ περὶ ὁ θυνοῦς τῶν θεῶν καὶ τῶν συνόδων φανῆ, ὁ πιπράσκων, καὶ ἀλλότριος τῆς οἰκείας τιμῆς“.

²⁾ Cf. V i d a l, Inst. iuris romani, cap. III, — de contractibus in genere n. 390—395.

³⁾ Nic. II, c. 12 (P. II, 113): „Καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ ἡγούμενος τοῦτο ποιῶν (sc. alienans agrum magistratui civili) ἐκ δειωχθήτω ὁ μὲν ἐπίσκοπος τοῦ ἐπισκοῦ.“

Tales actus alienationis invalidi erant¹⁾; hoc enim expresse statuit Nic. II, c. 12, quia magistratus civiles ex iure canonico omnino incapaces erant ad bona ecclesiae immobilia acquirenda²⁾.

§ 7. Adiutores episcopi in bonis ecclesiae temporalibus administrandis.

1. **Praenotanda.** Dicenda sunt aliqua verba de adiutoribus episcopi in bonis ecclesiae temporalibus administrandis, praesertim autem de officio oeconomi, qui a saec. IV consuetudine et saec. V ex praecepto Chalc. c. 26 totam curam et sollicitudinem bonorum ecclesiae cathedralis temporalium secundum instructiones episcopi gerere debebat; quam ob rem institutum oeconomi multum confert ad potestatem episcopi in bona ecclesiae temporalia explicandam.

Episcopus enim, cuius principale munus erat „pascere gregem Dei“³⁾, non poterat omnia negotia quoad bona ecclesiae temporalia administranda — exceptis primis temporibus christianitatis, quando territorium episcopi una civitate cum aliquibus adiacentibus vicis limitabatur — per se expedire. Proinde in Ap. c. 4 praecipitur, ut oblationes ad domum episcopi et presbyterorum dirigantur, qui diaconis et reliquis clericis ex iisdem certo dividunt⁴⁾. In citato canone commemorantur presbyteri tamquam adiutores episcopi in bonis ecclesiae temporalibus distribuendis. Notare iuvat, quod presbyteri episcopum in bonis ecclesiae temporalibus distribuendis adiuvabant e ti-

πίου, ὁ δὲ ἡγούμενος τοῦ μοναστηρίου ὡς διασκορπίζοντες κακῶς, ἃ οὐ συνήγαγον“. — Quoad textum cetera praescripta Nic. II, c. 12 referentem et adnotationem ad canonem cf. n. 1—2 pag. 19. Antiqui commentatores huius canonis Balsamon et Zonaras non concordant quoad poenam huius canonis, utrum eadem infligenda erat episcopis tantum, qui dolo et fraude (πανουργία πονηρᾷ) i. e. per interpositas personas agros magistratibus civilibus alienabant (haec est sententia Balsamonis, cf. Bals. in Nic. II, c. 12 — Bev. I, 304), an etiam iis, qui manifesto et palam (φανερῶς) agros magistratibus civilibus alienabant (haec est sententia Zonarae, cf. Zon. in Nic. II, c. 12 — Bev. 312). Adhaerendum esse videtur sententiae Zonarae, cum in fine canonis datur generale motivum sanctionis poenalis: „ὡς διασκορπίζοντες κακῶς ἃ οὐ συνήγαγον“, quod verificatur in utroque casu, sive episcopi dolo et fraude sive manifesto et palam agros magistratibus civilibus alienabant.

¹⁾ Nic. II, c. 12 (P. II, 113): „ἄκυρον εἶναι τὴν ἔκδοσιν“, — in alio autem loco citati canonis dicitur: „καὶ οὕτως ἄκυρον εἶναι τὴν πράσιν.“

²⁾ Cf. Nic. II, c. 12 (P. II, 113).

³⁾ Cf. 1 Petr. 5, 2.

⁴⁾ Ap. c. 4 (P. II, 14): „Ἡ ἄλλη πάσα δῶρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῶ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις,“... „ἄλλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίξουσι καὶ τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς“.

tulo dignitatis presbyteralis, tamquam membra presbyterii ecclesiae cathedralis, sed non tamquam peculiare officium¹⁾ bonorum ecclesiae administrandorum gerentes; in canone enim nullum signum adest, quod tale officium nobis indicaret.

2. Differentia inter presbyteros et oeconomum episcopum in bonis temporalibus administrandis adiuvantes. Cum mox de oeconomom tamquam peculiare officium bonorum ecclesiae temporalium administrandorum gerente sermo erit, iuvat differentiam inter presbyteros episcopum in administratione bonorum temporalium adiuvantes et oeconomum iam hic explicare.

Presbyteri episcopum adiuvabant in administratione bonorum ecclesiae temporalium tamquam membra presbyterii — senatus (συνέδριον, ἱερατεῖον, ἱερατικὴ γερουσία) episcopi. Ipsi iam ex hoc titulo, quod ad presbyterium ecclesiae cathedralis tamquam eiusdem membra pertinebant, tenebantur episcopum in negotiis ecclesiae expediendis, etiam naturae oeconomicae seu administrationis bonorum temporalium in concretis casibus adiuvare; ipsi tamen totam curam, sollicitudinem et responsabilitatem de bonis ecclesiae temporalibus administrandis non habebant, quae ad episcopum spectabat. Presbyteri episcopum solummodo in aliqua functione administrationis bonorum active adiuvant, e. g. in distributione eorundem²⁾, vel se passive quoad administrationem bonorum habent — consilium tantum episcopo in administratione bonorum praestantes, nullum actum administrationis ponentes³⁾. Oeconomus autem e titulo muneris sibi commissi episcopum in bonis ecclesiae temporalibus admini-

¹⁾ Zon. in Carthag. c. 33 (MG 138, 140) dicit, quod nomen „officium“ latinum est, quod administrationem et integritatem omni fide dignam significat (τὸ ὄνομα τοῦ ὀφφικίου Ῥωμαϊκόν ἐστὶν σημαῖνον διοίκησιν καὶ ἀξιοπιστίαν); secundum Goar Iacobum, Ἐδχολόγιον sive Rituale Graecorum. Venetiis MDCCXXX, ed. 2, p. 231 — peculiare officium gerens seu officialis vocatur administrator et rei ecclesiasticae curator (διοικητῆς καὶ φρόντισμα ἐκκλησιαστικὸν ἔχων), qui e dignitate vel administratione victus proprii subadministrationem habet. Bals. in Ap. c. 17 (MG 137, 73) dicit: „Τὰ δὲ ὀφφικία καὶ τὰ ἀρχοντικά τιμαὶ εἰσὶν καὶ πορισμῶν ἀφορμαί“ (officia sunt honores et victus acquirendi occasiones); cf. de hac re Beveregius, Συνοδικόν, t. 2. Annotationes in Trull. c. 7, p. 128; Zhisman, Die Synoden und die Episkopalämter in der morgenländischen Kirche. Wien 1867, p. 90-92. Ex allatis citatis sequitur ad essentiam officii pertinere, ut gerens administrationem et curam rei ecclesiasticae et quidem stabiliter (hoc enim in conceptu administrationis et curae continetur) e titulo sui muneris sustentationem haberet.

²⁾ Cf. Ap. c. 4 (P. I, 14); cf. pag. 24, n. 4.

³⁾ Ant. c. 25 (P. I, 465): „...καὶ τοὺς πόρους τῆς ἐκκλησίας ἢ τοὺς τῶν ἀγρῶν καρπὸς μὴ μετὰ γνώμης τῶν πρεσβυτέρων ἢ τῶν διακόνων χειρίζοι“.

strandis adiuvare totamque curam, sollicitudinem et responsabilitatem administrationis bonorum ecclesiae temporalium suscipere debebat¹⁾.

3. Necessitas officii oeconomi. Officium oeconomi pace ecclesiae (saec. IV) restituta valde necessarium erat, quia ex una parte numerus fidelium crescebat et intensiorem curam pastorem e parte episcopi exigebat, ex alia autem parte bona ecclesiae, cuius facultas acquirendi, possidendi et administrandi bona temporalia a potestate civili agnita et legibus civilibus protecta erat, per fundationes et donationes multiplicabantur ita, ut eorum administratio iam constantem curam unius hominis peculiare officium administrationis bonorum temporalium gerentis exigebat. Propterea saec. IV officium oeconomi apud singulas ecclesias consuetudine introducebatur, donec saec. V Chal. (a. 451) c. 26 ipsum in unaquaque eparchia instituendum statuit²⁾. Tractu temporis bona et negotia ecclesiastica ita augebantur, ut saltem in ecclesiis maioribus, e. g. Constantinopolitana, unum officium oeconomi ad bona ecclesiae temporalia administranda non iam sufficebat, sed duo altera instituta sunt (saeculis iam posterioribus), nempe: a) officium sacellarii (σακελλάριος), ad cuius competentiam imprimis inspectio et vigilantia in nomine episcopi super administratione bonorum temporalium monasteriorum in eparchia pertinebat, quorum immediata administratio in manibus oeconomorum et hegumenorum monasteriorum erat³⁾, b) officium sceuophylacis (ὁ σκευοφύλαξ vel etiam ὁ κειμηλιάρχης), ad quem emptio, inspectio et conservatio rerum spectabat, quae ad Sacrificium Missae et alias ecclesiasticas functiones necessaria erant, e. g. libri liturgici, vasa sacra, vestes sacrae⁴⁾.

Haec duo officia, etsi consuetudine in una vel altera ecclesia iam tempore nostra thesi comprehenso introducta sunt⁵⁾, in antiquis tamen fontibus canonicis tamquam officia a canonibus expresse statuta non commemorantur; propterea de ipsis non disputabimus.

4. Adiutores episcopi in bonis ecclesiae temporalibus administrandis primis quattuor saeculis. Secundum Ap. c. 4 presbyteri episcopum in bonis temporalibus distribuendis adiuvabant; ex Ant. (a. 341) c. 25 non solum presbyteri, sed etiam diaconi episcopum in bonis

¹⁾ Chal. c. 26 (P. I, 532): „πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου“.

²⁾ Cf. n. 1.

³⁾ Zhisman, Die Synoden, p. 103—107.

⁴⁾ Zhisman, Die Synoden, p. 107—109.

⁵⁾ Cf. Zhisman, Die Synoden, p. 107, n. 3 et 4.

ecclesiae temporalibus administrandis adiuvasse videntur¹⁾; eorum consilium in bonis ab episcopo administrandis exigitur a canone; episcopus tenebatur consilio presbyterorum et diaconorum in bonis ecclesiae cathedralis administrandis uti; canon enim minatur poenis a synodo provinciali ei episcopo infligendis, qui praescripto canonis contempto bona ecclesiae temporalia administranda domesticis suis aut propinquis aut fratribus filiisque committit ita, ut per huiusmodi personas occulte laeduntur rationes ecclesiae²⁾. Sed sicut in Ap. c. 4, ita neque in Ant. c. 25 de peculiari officio administratoris bonorum temporalium agitur; hoc tum e pluritudine adiutorum, qui in canone commemorantur, tum praesertim ex hac circumstantia apparet, quod auxilium ab iisdem episcopo in bonis administrandis praestitum mere passivum fuisse videtur, cum ipsi tantum consilio (μετὰ γνώμης) episcopum in bonis administrandis adiuvabant, nullum actum administrationis ponentes.

Sed iam saec. IV peculiare officium administratoris bonorum ecclesiae temporalium episcopum in administratione eorundem adiuvantis consuetudine introducebatur. De tali administratore videtur esse mentio, etiamsi non expressa, in Gangr. (ca a. 350) c. 7 et 8. In istis canonibus prohibetur, ne quis det vel accipiat oblationes ecclesiae extra ecclesiam praeter consensum episcopi vel eius, *cui huiusmodi officia commissa sunt*³⁾, qui *constitutus est ab eo* (sc. episcopo) *ad dispensandam misericordiam pauperibus*⁴⁾. Hic iam sermo est de uno administratore, cui peculiare munus in administratione bonorum ecclesiae temporalium commissum est, qui non videtur esse transeunter delegatus ad aliquam functionem in admini-

¹⁾ In textu graeco est „μετὰ γνώμης τῶν πρεσβυτέρων ἢ τῶν διακόνων“. B e v e r e g i u s, Συνοδικόν, t. I, p. 452 — sumit coniunctionem ἢ in sensu disiunctivo, sc. presbyterorum aut diaconorum, Pitra autem (op. cit. I, 455) et Thomassinus (op. cit. p. III, l. 2, c. 1, p. 290) sumunt hanc coniunctionem in sensu copulativo, sc. presbyterorum et diaconorum ita, ut secundum eorum sententiam consilium clericorum utriusque gradus, presbyterorum et diaconorum requirebatur; presbyteri enim et diaconi tunc temporis capitulum (senatum) ecclesiae cathedralis formari videntur (cf. Thom. I. c.). Haec secunda sententia probabilior esse videtur.

²⁾ Ant. c. 25 (P. I, 465): „καὶ τοὺς πόρους τῆς ἐκκλησίας ἢ τῶν ἀγρῶν καρποῦς, μὴ μετὰ γνώμης τῶν πρεσβυτέρων ἢ τῶν διακόνων χειρίζοι, ἀλλ' οἰκείοις αὐτῶν καὶ συγγενέσιν ἢ ἀδελφοῖς ἢ υἱοῖς παράσχοιτο τὴν ἐξουσίαν, εἰς τὸ διὰ τῶν τοιοῦτων λεληθῶτως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας, τοῦτον ἕθῶνας παρέχειν τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας“. — „Δόγους“ aliter „λογοπραγίαι“ rationes sc. calculi accepti et expensi (cf. Z on. in Ant. c. 25 apud Bev. I, 551). Apud Pitra erronee traductum est per „caeterae“ (cf. P. I, 465 — textus canonis).

³⁾ Gangr. c. 7 (P. I, 490): „ἢ τοῦ ἐγκειρισμένου τὰ τοιαῦτα“.

⁴⁾ Gangr. c. 8 (P. I, 490): „ἢ τοῦ ἐπιτεταγμένου εἰς οἰκονομίαν εὐποιίας“.

stratione bonorum, sed *constitutus est* (ἐπιτετάμενος) ab episcopo ad dispensandam misericordiam pauperibus, i. e. ad unam ex praecipuis functionibus oeconomi in administratione bonorum saeculis posterioribus, qui episcopum active, i. e. ponendo actus administrationis — *ad dispensandam misericordiam pauperibus* — adiuuabat.

A saec. V iam expresse commemoratur in canonibus officium oeconomi ad bona ecclesiae administranda¹⁾.

5. Institutum oeconomi consuetudine introductum est. Peculiare officium oeconomi ad bona ecclesiae temporalia iam saec. IV necessarium factum est²⁾; proinde in singulis ecclesiis consuetudine introducebatur. Sed saec. IV vel saltem prima eius parte in singulis ecclesiis diversa erat praxis quoad adiutores episcopi in bonis ecclesiae temporalibus administrandis. In ecclesia Antiochena adhuc presbyteri et diaconi episcopum in bonis ecclesiae temporalibus administrandis adiuuasse videntur, in ecclesia autem Gangrensi iam peculiare officium administratoris introduci videtur³⁾. In principio autem saec. V vel saltem in fine primae partis saec. V seu ante Chalc. c. 26, quo prima vice in canone officium oeconomi introducendum apud unamquamque ecclesiam episcopalem expresse praecipitur⁴⁾, officium oeconomi in plurimis ecclesiis Orientis iam consuetudine introductum esse videtur. Hoc enim patet: a) ex promissione episcopi Edesseni Ibae et b) ex ipso Chalc. c. 26.

a) Promissio episcopi Edesseni Ibae. Occasionem ad Chalc. c. 26 ferendum dedit causa Ibae, episcopi Edesseni, qui a suis clericis in synodo Berytensi accusatus erat, quod — praeter alia — bona ecclesiae temporalia sine oeconomo et propterea infideliter administrat. Ipse vero in synodo Chalcedonensi talem promissionem, a Photio, episcopo Tyrorum, ac Eustathio, episcopo Berytensi, in synodo relatum dedit. „De ecclesiastico reddito et e quacumque causa acquisitis sanctissimae ecclesiae — placuit eidem religiosissimo episcopo Ibae e propria voluntate promittere, quod de

¹⁾ Chalc. c. 26 (P. I, 532): „...ἔδοξε πάσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου“; Nic. II, c. 11 (P. II, 113): „Ἐπιόχρειοι ὄντες πάντας τοὺς θείου κανόνα φυλάττειν, καὶ τὸν λέγοντα, οἰκονόμους εἶναι ἐν ἐκάστη ἐκκλησίᾳ, παντὶ τρόπῳ ἀπαράτρωτον διατηρεῖν δεφείλομεν“; Theophilus Alex. ep. can. c. 10 (P. I, 648): „Ὡστε γνώμην παντός τοῦ ἱερατείου οἰκονόμον ἀποδεχθῆναι ἕτερον, ἐφ’ ᾧ συντέθεται ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων πρὸς τὸ τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς δέον ἀναλίσκεσθαι“.

²⁾ Cf. n. 3 in textu (pag. 26).

³⁾ Cf. n. 4 in textu (pag. 26 sq.) et n. 1—4 (pag. 27).

⁴⁾ Cf. textum canonis in n. 1 huius paginae.

cetero secundum formam Antiochenae maximae civitatis gubernarentur res per oeconomos ex clero ordinatos ab eius religiositate¹⁾. Ex hoc documento videmus, quod in ecclesia Antiochena institutum oeconomi ad bona ecclesiae temporalia administranda iam ante concilium Chalcedonense existebat, videlicet consuetudine inductum, quod bene notum erat, cum ad determinandam formam administrationis bonorum temporalium in ecclesia Edessena in futuro observandam episcopus Ibas formam administrationis bonorum temporalium in ecclesia Antiochena existentem tamquam exemplar sumere promittit. Ex eodem documento ulterius patet, quod munus oeconomi erat bona ecclesiae temporalia administrare; quod oeconomus e clero ecclesiae desumptus ab episcopo nominabatur.

b) Chalc. c. 26. Ipse quoque Chalc. c. 26, quo prima vice officium oeconomi in unaquaque ecclesia episcopali instituendum expresse praecipitur, testatur institutum oeconomi iam ante concilium Chalcedonense generaliter extitisse, videlicet consuetudine inductum, cum nullibi in canonibus neque Apostolorum neque conciliorum ante concilium Chalcedonense de institutione huius officii legitur, et existere debuisse in unaquaque ecclesia. Patres enim concilii Chalcedonensis aegre ferebant, quod in „quibusdam ecclesiis praeter oeconomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant“²⁾ et propterea Chalc. c. 26 tulerunt iam expresse statuendo „omnem ecclesiam habentem episcopum habere oeconomum de clero proprio“³⁾; ipsi munus oeconomi definiverunt „qui dispenset res ecclesiasticas, secundum sententiam episcopi proprii“⁴⁾, finem canonis indicaverunt „ut ecclesiae dispensatio praeter testimonium non sit et ex hoc dispergantur ecclesiasticae facultates, et sacerdotio male-

1) Conc. Chalcedonense (a. 451) Act. 9 (Mansi, Coll. Conc. t. 7, 201): „περὶ δὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς προσόδου, καὶ τῶν δὲ οἰας δῆποτε αἰτίας προσποριζομένων τῇ ἀγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, κινήθωντων τινῶν, ἔδοξε τῷ αὐτῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ Ἰβᾶ, ἐκ οἰκείας γνώμης ἐπαγγεῖλαισθαι, ὅτι δὲ τοῦ λοιποῦ κατὰ τὸν ἐν τῇ μεγίστῃ τῶν Ἀντιοχείων ἐκκλησίᾳ διοικεῖται τὰ πράγματα διὰ οἰκονόμων ἐκ τοῦ κλήρου προβαλλομένων ὑπὸ τῆς αὐτοῦ θεοσεβείας“.

2) Chalc. c. 26 (P. I, 532): „Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐκκλησίαις, ὡς περιηγήθημεν, δίχα οἰκονόμων οἱ ἐπίσκοποι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χειρίζουσι πράγματα“.

3) Chalc. c. 26 (l. c.): „ἔδοξε πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου“.

4) Chalc. 26 (l. c.): „οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου“.

dictionis derogatio procuretur¹⁾, et generalem sanctionem poenalem in contemntes praescriptum canonis statuerunt „si hoc minime fecerit (sc. episcopus), divinis constitutionibus subiacebit²⁾. In canone non dicitur expresse, quo modo oeconomus instituendus sit, utrum ab episcopo nominandus, an a clero eligendus et ab episcopo approbandus sit. E sanctione poenali canonis addita certum est, quod episcopus obligatus erat oeconomum instituere; citata autem promissio episcopi Edesseni Ibae³⁾ ac praescriptum Gangr. c. 8⁴⁾ conclusionem permittunt, quod oeconomus ab episcopo nominabatur.

6. Statuta Chalc. c. 26 et Nic. II, c. 11, quae institutionem oeconomus respiciunt. Principalia statuta Chalc. c. 26 omnino concordant cum conditionibus, sub quibus episcopus Edessenus Ibas formam administrationis bonorum temporalium in ecclesia Antiochena imitando obligationem oeconomum in ecclesia Edessena instituendi assumit. Haec statuta sunt: a) in unaquaque ecclesia (eparchia) instituendus est oeconomus⁵⁾, b) oeconomus nominandus est ab episcopo⁶⁾, c) ad officium oeconomus nominandus desumi debet e clero eparchiae, d) munus oeconomus est — bona ecclesiae temporalia dependent ab episcopo (κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου) administrare⁷⁾.

Haec statuta, quae officium oeconomus respiciunt, in ecclesia Antiochena et probabiliter in tota dioecesi Orientis⁸⁾ et in ecclesia Edessena consuetudine inducta ac postea in concilio Chalcedonensi expresse praescripta — non omnia ubique in Oriente observabantur. In ecclesia enim Alexandrina oeconomus non ab episcopo nomina-

¹⁾ Chalc. 26 (l. c.): „ὥστε μὴ ἀμάρτυρον εἶναι τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκ τούτου σκορπίζεσθαι τὰ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας πράγματα καὶ λοιδορίαν τῆ ἱεροσύνης προστριβεσθαι“.

²⁾ Chalc. c. 26 (l. c.): „εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ, ὑποκείσθαι αὐτὸν τοῖς θεοῖς κανόσιν.“

³⁾ Conc. Chalcedonense Act. 9 (Mansi, Coll. Conc. t. 7, 201): „διὰ οἰκονομῶν ἐκ τοῦ κλήρου προβαλλομένων ὑπὸ τῆς αὐτοῦ θεοσεβείας“.

⁴⁾ Gangr. c. 8 (P. I, 490): „ἢ τοῦ ἐπιτεταγμένου εἰς οἰκονομίαν εὐποιίας“. — Verbum „ἐπιτεταγμένου“ potius nominationem quam electionem significat; cf. praeterea Nom. 9, 1 (P. II, 533): „ὅπερ δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μόνος ὁ οἰκονόμος ἐνάγεται, ὃν χρὴ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου γίνεσθαι“; cf. Nom. 10, 1 (P. II, 579); Cod. 1, 3, 33 § 4; 1, 3, 42 § 5.

⁵⁾ Chalc. c. 26 (P. I, 532): „πᾶσαν ἐκκλησίαν... καὶ οἰκονόμον ἔχειν...“.

⁶⁾ Chalc. c. 26 (l. c.): „εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσῃ, ὑποκείσθαι αὐτὸν (sc. episcopum, qui oeconomum non constituit) τοῖς θεοῖς κανόσιν“; cf. Thomassinus, op. cit. p. III, l. 2, c. 2, p. 290, 291.

⁷⁾ Cf. n. 1—4, pag. 29 et n. 1—2 huius pag.

⁸⁾ Cf. n. 3 (tom. X, pag. 264).

batur, sed a clero eligebatur et ab episcopo approbatur¹⁾. Quoad cetera autem statuta praxis ecclesiae Alexandrinae conformis cum praxi aliarum ecclesiarum Orientis fuisse videtur.

Officium oeconomi in Oriente magni habebatur, quia inservire debebat, ne res ecclesiasticae absque testimonio dispensarentur et ut omnis suspicio erga episcopum quoad administrationem bonorum ecclesiae temporalium tolleretur; praeterea istud officium iam omnino necessarium factum est, quia saec. V et posterioribus territorium episcopo subiectum non limitabatur una civitate et forte aliquibus vicinis pagis, sicut saeculis prioribus, sed multo amplius erat et propterea multo maiorem curam et sollicitudinem ab episcopo ad munus pastorale adimplendum exigebat. Propterea Nic. II, c. 11 monet et rigore praecipit, ut Chalc. c. 26 omnino illaesus servetur, i. e. ut in omni ecclesia (eparchia) oeconomus ad bona ecclesiae temporalia administranda instituatur²⁾. Si autem episcopus oeconomum in sua eparchia instituere neglexerit, institutio oeconomi in ista eparchia iure devolutivo ad metropolitam spectabat; si autem metropolita oeconomum instituere omiserit, tunc in eiusdem eparchia episcopus Constantinopolitanus tamquam patriarcha propria auctoritate oeconomum instituere poterat³⁾.

7. E quo gradu ordinis oeconomus desumebatur? Iam superius monuimus, quod oeconomus ab episcopo e clero nominari solebat⁴⁾; sed exoritur quaestio, e quo gradu ordinis oeconomus in Oriente desumi solebat? In citatis adhuc fontibus nullum signum habemus,

¹⁾ Theophilus Alex. († 412) ep. can. c. 10 (P. I, 648): "Ὡστε γνώμη παντὸς τοῦ ἱερατείου οἰκονόμον ἀποδειχθῆναι ἕτερον, ἐφ' ᾧ συντέθειται ὁ ἐπίσκοπος Ἀπόλλων πρὸς τὸ τὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς δέοντα ἀναλίσκεσθαι"; cf. Thomassinus, op. cit. p. III, l. 2, c. 2, p. 292. — Hic canon Theophili Alex. ex eo quoque characteristicus est, quod in ipso chronologice prima vice expresse de officio oeconomi dicitur; item ex eodem consequitur, quod iam ante citatam Theophili Alex. epistolam canonicam institutum oeconomi in patriarchatu Alexandrino extitisse; Theophilus enim praecipit, ut in eparchia Lyco alius oeconomus in loco prioris a clero eligatur et ab episcopo Apollone approbetur; cf. Ник., Прав. II, 517.

²⁾ Nic. II, c. 11 (P. II, 113): "Ἐπιόχραιο ὄντες πάντας τοὺς θεῖους κανόνας φυλάττειν, καὶ τὸν λέγοντα οἰκονόμους εἶναι ἐν ἐκάστη ἐκκλησίᾳ, παντὶ τρόπῳ ἀπαράτρωτον διατηρεῖν ὑφείλομεν".

³⁾ Nic. II, c. 11 (continuatio; l. c.): "καὶ εἰ μὲν ἕκαστος μητροπολίτης ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ καθιστᾷ οἰκονόμον, καλῶς ἂν ἔχοι. Εἰ δὲ μήγε ἐξ ἀθθεντίας ἰδίας τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ ἄδειά ἐστιν προχειρίζεσθαι οἰκονόμον ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ. Ὡσαύτως καὶ τοῖς μητροπολίταις, εἰ οἱ ὅπ' αὐτοῦ ἐπίσκοποι οὐ προαιροῦνται οἰκονόμους ἐγκαταστήσαι ἐν ταῖς ἐαυτῶν ἐκκλησίαις".

⁴⁾ Cf. Chalc. c. 26; Conc. Chalcedonense Act. 9 (Mansi, Conc. Coll. 7, 207) — promissio episcopi Edesseni Ibae; Nom. 9, 1; Nom. 10, 1; Cod. 1, 3, 33 § 4 Cod. 1, 3, 42 § 5.

e quo ad hunc vel alium gradum concludi possit; in ipsis generaliter tantum dicitur — „ex clero ordinatos“ (ἐκ τοῦ κλήρου προβαλλομένων¹⁾) vel „omnem ecclesiam... habere oeconomum de clero proprio“ (πᾶσαν ἐκκλησίαν... καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου²⁾). Ex istis fontibus unum certo constat, quod oeconomus non poterat esse laicus. Sunt tamen fontes, qui conclusionem permittunt, quod oeconomi in Oriente ex ordine presbyterali desumi solebant, et quidem: in epistola concilii Ephesini (a. 431) ad clerum ecclesiae Constantinopolitanae scripta legitur: „reverendissimis *presbyteris et oeconomis* ceterisque religiosissimis clericis“³⁾; item in epistola concilii Chalcedonensis ad clerum ecclesiae Alexandrinae scripta habetur: „Charmosyno *presbytero et oeconomō* et Euthalio archidiacono reverendissimis et ceteris clericis“⁴⁾. In utraque epistola commendantur tum clero ecclesiae Constantinopolitanae, deposito eiusdem episcopo Nestorio, tum clero ecclesiae Alexandrinae, deposito eiusdem episcopo Dioscoro, cura bonorum ecclesiae temporalium usque ad inthronisationem novi episcopi. Verba „presbyteris et oeconomis“ easdem personas significare videntur, i. e. presbyteros, qui oeconomi erant. Hoc patet tum ex contextu citati fontis tum praesertim clarius manifestatur ex epistola concilii Chalcedonensis ad clerum ecclesiae Alexandrinae: „Charmosyno presbytero et oeconomō“, i. e. Charmosyno presbytero, qui officium oeconomi gerebat. Eadem conclusio, quod oeconomi e gradu presbyterali desumebantur, sequitur quoque ex libello Ischirionis diaconi in conc. Berytensi contra episcopum Alexandrinum Dioscorum oblato, in quo ille episcopum Dioscorum de mala tractatione suae personae atque etiam presbyteri et oeconomi ecclesiae Alexandrinae Proterii accusat. In eodem legitur: „Nunc quidem episcopum, tunc vero *presbyterum et oeconomum* constitutum magnae Alexandrinae civitatis ecclesiae Proterium“⁵⁾. Si magnum momentum officii oeconomi consideretur — agitur enim non solum de dispensatione, sed etiam de tota administratione bonorum temporalium ecclesiae cathedralis, quae prius ad episcopum spectabat et aliquam experientiam exigebat — conclusio in allatis fontibus nixa, quod oeconomi in Oriente

¹⁾ Promissio episcopi Ibae — Conc. Chalc. Act. 9 (Mansi, Conc. Coll. 7, 207).

²⁾ Chalc. c. 26 (P. I, 532).

³⁾ Mansi, Coll. Conc. 4, 1227: „Δαμπρωτάτω Εὐχαρίῳ, εὐλαβεστάτοις πρεσβυτέροις καὶ οἰκονόμοις, καὶ λοιποῖς κληρικοῖς“.

⁴⁾ Mansi, Coll. Conc. 6, 1095: „Χαρμωσόνῳ πρεσβυτέρῳ καὶ οἰκονόμῳ καὶ Εὐθαλίῳ ἀρχιδιακόνῳ, τοῖς εὐλαβεστάτοις, καὶ λοιποῖς κληρικοῖς“.

⁵⁾ Mansi, Coll. Conc. t. 6, col. 1017: „τὸ τηλικαῦτα δὲ πρεσβυτέρου καὶ οἰκονόμου τογχάνοντος τῆς μεγαλοπόλεως Ἀλεξανδρείας Προτερίου“.

e gradu presbyterali desumebantur, probabilissima evadit¹⁾. Verumtamen et diaconi in Oriente, saltem tamquam adiutores presbyteri-oeconomus ab administratione bonorum ecclesiae temporalium non excluderentur²⁾; in Occidente autem diaconi et archidiaconi sub vigilantia episcopi bona temporalia ecclesiae administrabant³⁾.

8. Numerus oeconomorum in una ecclesia cathedrali. Ex canonibus, in quibus de oeconomicis dicitur, sequitur, quod in unaquaque ecclesia cathedrali oeconomicus ad bona temporalia administranda esse debebat⁴⁾. In istis canonibus non dicitur de pluribus oeconomicis in una ecclesia, in utroque enim canone forma singularis adhibetur: „omnem ecclesiam... habere oeconomicum...“ (Chalc. 26), „alius renuntietur oeconomicus“ (Theophili Alex. ep. can. c. 10^{b)}); verumtamen pluralitas oeconomicorum in una ecclesia in iisdem non excluditur. Propterea dicendum esse videtur, quod secundum praescripta canonum unus oeconomicus in eparchia esse solebat; sed in ecclesiis maioribus plures oeconomici esse poterant et revera erant (praesertim in ecclesia Constantinopolitana), sicut ex iam citata epistola concilii Ephesini ad clerum ecclesiae Constantinopolitanae „reverendissimis presbyteris et oeconomicis ceterisque religiosis clericis“⁶⁾ concludere licet. Item in ecclesia Alexandrina plures, si non iam peculiare officium oeconomici gerentes, saltem adiutores oeconomici fuisse videntur.

9. Munus et dignitas oeconomici. Munus oeconomici in Chalc. c. 26, quo officium oeconomici instituendum statuitur, hisce verbis describitur: „οικονομείν τὰ ἐκκλησιαστικά κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου“⁷⁾. Ad munus igitur oeconomici pertinebat bona ecclesiae temporalia administrare, non tamen pro arbitrio suo neque in nomine suo, sed secundum instructiones et in nomine episcopi, qui solus repraesentans ecclesiae cathedralis tamquam subiecti dominii bonorum erat.

¹⁾ Cf. Zhisman, Die Synoden, p. 192: „Andererseits aber ergibt es sich, dass gerade die höheren Kirchenämter schon frühzeitig entweder überhaupt oder doch zum grossen Teil von Presbytern verwaltet wurden, während die Beschaffenheit der in der späteren Zeit errichteten Kirchenämter bald absolut Presbyter voraussetzte oder solche in der Praxis der Kirche als erforderlich angesehen werden“.

²⁾ Thomassinus, op. cit. p. III, l. 2, c. 3, p. 292 et l. 2, c. 7; p. 300, 301.

³⁾ Thomassinus, op. cit. p. III, l. 2, c. 3, p. 293.

⁴⁾ Cf. Chalc. c. 26; Theophilus Alex., ep. can. c. 10.

⁵⁾ Cf. Nic. II, c. 11.

⁶⁾ Mansi, Coll. Conc. 4, 1227.

⁷⁾ Cf. Bals. in Theoph. Alex. c. 10 (MG 138, 909; apud Migne c. 9), qui hoc modo se de munere oeconomici exprimit: „γίνεσθαι δὲ οἰκονόμον, ἵνα τὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς δέον δαπανῶνται φροντίδι ἐκείνου“; apud Goar, Ἐδχολόγιον (p. 228) — de oeconomus dicitur: „ἔστιν οὖν καὶ ἐπὶ πᾶν κτῆμα“.

Cum ad oeconomum administratio bonorum ecclesiae temporalium spectabat, ipse non solum poterat, sed etiam debebat omnes istos actus suscipere, qui cum bona administratione bonorum temporalium cohaerent, nempe: excipere redditus ad episcopatum spectantes, curam habere expensarum et rationum episcopatus¹⁾, de omnibus, quae ad bonorum conservationem et meliorationem pertinent, providere. Praecipuae expensae ab oeconomio faciendae erant: debitas contributiones e bonis episcopatus clericis dispensare²⁾; necessarios sumptus ad ecclesias aedificandas et reparandas facere; praesertim autem opera charitatis christianae fovere, pauperes, vi-
duas et orphanos atque instituta pia sustentando³⁾.

Ex altera parte ipsi prohibebantur omnes actus et omissiones, quae bona ecclesiae temporalia deteriorare poterant. Proinde prohibitum erat oeconomis eorumque consanguineis et affinibus aedes sacrosanctas in emphyteuses, locationes et hypothecas per se vel per interpositas personas accipere; contractus contra hanc prohibitionem facti infirmabantur⁴⁾. Oeconomis ecclesiae Constantinopolitanae prohibebatur bona ecclesiae immobilia cuilibet alienare; alienatio contra prohibitionem facta nulla erat, bona ecclesiae cum fructibus medii temporis reddi, pretium datum amitti et apud ecclesiam restare debebat. Oeconomus, qui in alienatione consenserit, suo officio privabatur; damnum autem ecclesiae factum, ab oeconomio, si vivus erat, vel eodem mortuo ab eiusdem successoribus reparari debebat⁵⁾. Hoc praescriptum ad oeconomos ceterarum

1) Goar, *Εὐχολόγιον*, p. 228, de oeconomio ecclesiae Constantinopolitanae dicitur: „Δαμβάνων τε εἰσόδους καὶ ἐξόδους καὶ λογαρισμοὺς ἐν τῇ ἐπισκοπῇ“; Simeon Thessal., De sacris ordinationibus (MG 155, 412): „τῶν κτημάτων τε καὶ τῶν προσόδων καὶ τῶν διαδομένων ἐκάστῳ ποιούμενος πρόνοιαν δεῖ καὶ περὶ κοίτων φροντίζειν εἰς λουσιτέλειαν τοῦ κοινοῦ καὶ σῶσασιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν“.

2) Goar, *Εὐχολόγιον*, p. 228: „διανέμων καὶ τὰ δικαιώματα τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, τὰ εἰσερχόμενα δίκαια τῆς ἐπισκοπῆς“.

3) Isidorus Pelusiota, l. 1, ep. 269 (MG 78, 341): „Οἰκονόμος γὰρ εἴρηται παρὰ τὸ οἰκεία αὐτῶν νέμειν τοῖς πένησιν· οἰκεία δὲ αὐτῶν εἰκότως τὰ ἐκκλησιαστικά“; Bals. in Theophil. Alex. c. 10 (MG 138, 909, c. 9): „Τὴν δὲ εἰς θεῶν δαπάνην τὸ ἐξῆς δηλοῖ κεφάλαιον, ἧτις ἐστὶ, τὰ εἰς χήρας καὶ ξένους καὶ πένητας ἀναλώματα“; Nov. 3, 3: „Ὡσπερ δὲ τὴν περὶ τοῦτο δαπάνην ὀρίσαμεν, οὕτω προσήκει τὸν κατὰ καιρὸν ἀγιώτατον πατριάρχην καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους οἰκονόμους περισκοπεῖν τὸ καὶ τὰς ἄλλας δαπάνας τὰς γινόμενας ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πόρων περὶ εὐσεβεῖς δαπανᾶσθαι πράξεις καὶ Θεῷ ἀρεσκούσας, καὶ εἰς ἐκείνους ταῦτα χορηγεῖν, τοὺς ταῖς ἀληφείαις δεομένους, καὶ οὐκ ἔχοντας ἐτέρωθεν τροφῆς ἀφορμὴν“.

4) Nom. 10, 1 (P. II, 579); cf. Nov. 120, c. 5 § 1.

5) Const. eccl. coll. l. 1, 14 (MG 138, 1102); cf. Cod. 1, 2, 14. — Ex praescripto citatae constitutionis quoad reparationem damni sequitur, quod obligatio re-

ecclesiarum sese extendere videtur, cum officium oeconomi officium tantum auxiliare episcopi erat et absque eius consensu bona ecclesiae alienari non poterant¹⁾.

Ex satis largis facultatibus, quas oeconomus quoad bona ecclesiae temporalia administranda habebat, proveniebat magna dignitas eiusdem inter clericum ecclesiae cathedralis; ipse enim solebat esse primus inter clericos ecclesiae cathedralis²⁾.

10. Relatio oeconomi ad episcopum eiusdemque responsabilitas. Oeconomus praeter episcopum responsabilis erat pro bona administratione rerum ecclesiae temporalium; si administratio rerum ecclesiae temporalium in ius vocabatur, episcopus non debebat inquietari, sed tantum oeconomus³⁾, qui propterea munus oeconomi habebat, ut onus curae quotidianae de rebus ecclesiae temporalibus ab episcopo et suspicio erga eundem amoveretur⁴⁾. Oeconomus tenebatur

parationis ex parte oeconomi non solum personalis, quia imprimis ab oeconomo reparatio facienda erat, sed etiam realis erat, quia oeconomo mortuo ad heredes transibat, etiamsi isti nullum lucrum e damno ab oeconomo rebus ecclesiae temporalibus allato habuerunt, sicut in hoc casu, quando oeconomus alienavit vel solummodo consensit in alienatione rerum ecclesiae temporalium omnino alienis facienda.

¹⁾ Nov. 120, 6: „καὶ εἰ μὲν ἀγνώταται ὧσιν ἐκκλησίαι ἢ ἕτεροι εἰσαγεῖς οἴκοι, ὧν τὴν διοίκησιν ὁ κατὰ τόπον ἐπίσκοπος ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ εἰσαγοῦς αὐτοῦ κλήρου ποιεῖται, κατὰ γνώμην αὐτοῦ καὶ συναίνεσιν γίνεσθαι τὸ τοιοῦτον συνάλλαγμα δυνόντων παρόντος αὐτοῦ τῶν οἰκονόμων καὶ διοικητῶν καὶ χαρτουλαρίων τοῦ αὐτοῦ εἰσαγοῦς οἴκου, ὡς ἐκ ταύτης ἐμφυτεώσεως οὐδεμία ζημία τῷ αὐτῷ εἰσαγεῖ οἴκῳ ἐπάγεται“.

²⁾ Goar, *Ἐθολόγιον*, p. 226, his verbis describit dignitatem oeconomi ecclesiae Constantinopolitane: „Τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀρχόντων, ὧς ἡ παλαιὰ ἔχει παράδοσις πρῶτός ἐστιν ὁ μέγας οἰκονόμος“.

³⁾ Nom. 9, 1 (P. II, 533): „ὅπερ δὲ τῶν ἐκκλησιαστικῶν μόνος ὁ οἰκονόμος ἐνάγεται“; Nom. 9, 1 (P. II, 540, 541): „Ἐπίσκοπος ὑπὲρ τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐναγόμενος δίδωσι σπέρτουλα, ὅπερ δὲ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ μὴ δχλείσθω, ἀλλ' ὁ οἰκονόμος, ἢ ὁ ἐπὶ τούτῳ προβαλλόμενος“; Cod. 1, 3, 33 § 4: „Hoc nihilo minus observando, ut in causis ecclesiasticis nullum alium conveniri fas est, nisi eum, quem dispensatorem pauperum id est oeconomum ecclesiae episcopi tractatus elegerit“.

⁴⁾ Cf. Chalc. c. 26 (textus in n. 2—4, p. 29, et n. 1—2, p. 30. Notare iuvat, quod institutione oeconomi episcopus non erat ab omni responsabilitate de administratione rerum ecclesiae temporalium liberatus; oeconomus enim secundum instructiones sui episcopi (κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου — Chalc. c. 26) bona ecclesiae temporalia administrare et, sicut inferius dicendum erit, ipsi quotannis saltem semel rationes reddere debebat, cum episcopus semper tamquam repraesentans ecclesiae cathedralis prout subiecti domini bonorum temporalium remansit. Discrimen inter responsabilitatem oeconomi et episcopi in quaestione administrationis bonorum temporalium in hoc consistere videtur, quod oeconomus pro unoquoque concreto actu administrationis tamquam

singulis annis rationes suae administrationis bonorum temporalium episcopo reddere et restituere, si quae damna ecclesiae sua administratione attulerit vel sibi lucrum ex ipsis fecerit¹⁾. Obligatio restitutionis ex parte oeconomi pro damnis ecclesiae sua administratione allatis non erat mere personalis, cum morte oeconomi non extinguebatur, sed realis, quia ad heredes transibat, qui bonis hereditatis suae pro damnis ab oeconomo patrimonio ecclesiae allatis respondebant²⁾. Oeconomo eiusque heredibus, qui examine peracto et exactione debitorum ab ipsis erga ecclesiam perfecta se gravatos putabant, fas erat ad metropolitam vel si causa inter oeconomum vel eius heredes et metropolitam agebatur, ad patriarcham appellare, qui rem examinare tenebantur. Ante examinationem et exactionem debiti praedictis personis prohibebatur episcopus suos refugere et ad alia iudicia venire³⁾. Oeconomo imputabantur non solum effectus civiles, i. e. quod propter damna ecclesiae allata ad restitutionem tenebatur, sed etiam effectus poenales, i. e. poenis subiciebatur, quando ordo ecclesiae laesus et scandalum datum hoc exigebant. Ipse poterat etiam suo officio ab episcopo privari⁴⁾, exigebatur ta-

eundem ponens respondebat, episcopus autem solummodo de administratione bonorum ecclesiae temporalium in genere respondere poterat, in quantum super oeconomum vigilare debebat. — Cf. Isidorus Pelusiota, Epistolarum l. 2 ep. 127 (MG 78, 566 sqq.).

¹⁾ Nom. 9, 1 (P. II, 540): „κατ' ἐνιαυτὸν ὁ οἰκονόμος τὸν λόγον τῆς αὐτοῦ διοικήσεως παρατίθεται ἐπισκόπῳ“; Nom. 10, 1 (P. II, 579): „κατ' ἐνιαυτὸν ὁ οἰκονόμος, παρατίθεται λόγον τῆς αὐτοῦ διοικήσεως τῷ ἐπισκόπῳ καὶ ἀποδίδωσι, εἴ τι φανῆ βλάβας, ἢ κερδάνας“; cf. Cod. 1, 3, 42 § 5; Nov. 123, 23. — Ex citatis locis sequitur, quod oeconomus semel in anno episcopo rationes reddere tenebatur; non desunt tamen alii loci, secundum quos oeconomus bis in anno rationes reddere episcopo debebat (Goar, *Ἐκχολόγιον*, p. 228: „ὁ δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει τῷ Ἀρχιερεῖ“) vel etiam quater (cf. Zhisman, *die Synoden*, p. 102, n. 3).

²⁾ Nom. 10, 1 (P. II, 579): „Εἰ δὲ τελευτήσῃ (sc. oeconomus) πρὸ τῶν λογισμῶν, ὑπόκεινται τούτοις (sc. rationi reddendae et obligationi restitutionis) οἱ κληρονόμοι αὐτοῦ. Ὑπόκεινται γὰρ καὶ ἀπὸ βραθυμίας καὶ ἐὰν ἀπόροις ἐκδώσῃ“. Ultima sententia in Nom. 10, 1 (R. P. S. I, 236) sonat: „ὑπόκειται γὰρ (ὁ οἰκονόμος) καὶ ἀπὸ βραθυμίας, καὶ ἐὰν ἀπόροις ἐκδώσῃ“ (et plures codices ὑπόκειται et non ὑπόκεινται habent — animadvertit Pitra — II, 579, n. 8); Cod. 1, 2, 24 § 3: „εἰ δὲ βραθυμήσῃ ὁ οἰκονόμος ἢ ἀπόροις ἐκδώῃ, ἐπιγινώσκει τὴν βλάβην“; Cod. 1, 3, 42 § 5: „εἰ δὲ τελευτήσῃ (sc. oeconomi) πρὶν τοῦς αὐτοῦς λόγους ὑποσχεῖν, τότε τοῦς κληρονόμους ὑπαχθῆναι τῇ τοιαύτῃ ζητήσῃ καὶ συνελθεῖν πρὸς ἀποκατάστασιν πάντων, ὧν ἂν ἐντεῦθεν φανῶσι ὀφείλοντες“.

³⁾ Nov. 123, 23; cf. Const. eccl. coll. 1, 2, 25 (MG 138, 1113); Nom. 10, 1 (P. II, 579); Cod. 1, 2, 25 § 8, ex quibus resultat, quod oeconomi obligati erant singulis mensibus ad summum pro bonis arcariis (magistratibus civilibus) rationes reddere.

⁴⁾ Const. eccl. coll. I, 14 (MG 138, 1102); cf. Cod. 1, 2, 14; Isidorus Pelusiota, Epistolarum l. II, ep. 127 (ad Cyrillum Alexandrinum contra Martinianum presbyterum et oeconomum ecclesiae in Pelusium (MG 78, 566).

men iusta causa eiusdemque accurata examinatio ad poenam privationis officii oeconomio ab episcopo infligendam, ut salvaretur dignitas et auctoritas canonicum, quibus officium oeconomio suam existentiam debet¹⁾.

Sede vacante (ἐπισκοπῆς χηρευούσης) ad oeconomum spectabat reditus ecclesiae integros usque ad inthronisationem novi episcopi reservare²⁾.

11. Institutione officii oeconomio summa potestas episcopi in bona ecclesiae cathedralis temporalia non est limitata. In fine huius paragraphi nobis dicenda restant aliqua verba ad quaestionem, utrum institutione officii oeconomio summa potestas episcopi in bona ecclesiae temporalia limitata erat an non. Si dicta de institutione et muneribus oeconomio mente recolantur, ad hanc quaestionem respondendum erit: Minime, summa potestas episcopi in bona ecclesiae temporalia tamquam repraesentantis ecclesiae cathedralis ut subiecti domini bonorum temporalium institutione officii oeconomio non est immutata neque limitata. Oeconomum enim episcopus instituebat³⁾ vel saltem eius electionem approbare debebat⁴⁾ nec non ex iusta causa eundem officio privare poterat⁵⁾, ex quo auctoritas episcopi in bona ecclesiae temporalia eorumque administrationem clare manifestatur. Oeconomus autem bona ecclesiae temporalia secundum instructiones proprii episcopi (κατὰ γνώμην ἰδίου ἐπισκόπου) administrare eidemque saltem semel in anno rationes administrationis reddere⁶⁾ et ipsi de damnis ecclesiae sua administratione allatis respondere debebat⁷⁾; bona ecclesiae temporalia absque consensu episcopi alienare non poterat⁸⁾. Quae res clare demonstrant, quod episcopus

¹⁾ Cf. Bals. in Carthag. c. 34 (MG 138, 144).

²⁾ Chalc. c. 25 (P. I, 531): „...τὴν μὲν τοι πρόσοδον τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας σώαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι“; cf. Goar, Εὐχολόγιον, p. 228: „ὀποκρατῶν καὶ τὴν ἐπισκοπὴν μετὰ τὴν παρέλευσιν τοῦ Ἀρχιερέως μέχρι ἐλεύσεως τοῦ ἐρχομένου“. Zhisman, Die Synoden, p. 103, scribit: „In den übrigen Beziehungen hat aber der Kirchenökonom während der Sedisvakanz die Verwaltung des Kirchenvermögens nicht allein und unabhängig zu führen, sondern er ist auch bis zu dem Zeitpunkte, in welchem der neue Bischof eingesetzt werden soll, der Administrator des ledigen Bistums“.

³⁾ Cf. Gangr. c. 8 (P. I, 140); Chalc. c. 26 (P. I, 532); Cod. 1, 3, 42 § 5; Thomassinus, op. cit. p. III, l. 2, 2, p. 290, 291.

⁴⁾ Theophil. Alex., ep. can. c. 10 (P. II, 648).

⁵⁾ Cf. n. 4, pag. 36; Thomassinus, op. cit. p. III, l. 2, 2, p. 291.

⁶⁾ Nom. 9, 1 (P. II, 540); cf. Cod. 1, 3, 42 § 5.

⁷⁾ Nom. 10, 1 (P. II, 579); cf. n. 1, pag. 36.

⁸⁾ Cf. Nov. 120, 5.

solus repraesentans ecclesiae cathedralis tamquam subiecti domini bonorum temporalium etiam instituto oeconomi introducto remansit ac iura proprietaria ipse retinuit, quae autem munere pastorali impeditus per oeconomum exercebat.

Verumtamen institutione oeconomi administratio bonorum ecclesiae temporalium melius ordinata erat, nam onus eiusdem ab episcopo munere pastorali praeoccupatum amotum erat; quilibet abusus difficiliores facti sunt, quia, etsi administratio bonorum temporalium in manu unius hominis-oeconomi (antea in manu solius episcopi) remansit, exercenda erat sub vigilantia episcopi eparchiae, cui rationes quotannis reddebantur; denique fundamentum et occasio suspitionis erga episcopum in materia administrationis bonorum temporalium, quae auctoritati episcopi apud fideles nocebat, sublata est.

§ 8. Administratio bonorum ecclesiae temporalium sede vacante.

Cum quaestio administrationis bonorum ecclesiae temporalium sede vacante quaestionem de potestate episcopi in bona temporalia illustrat et explicat, dicenda sunt quaedam verba de eadem. Hic solvendae sunt duae quaestiones, nempe: 1. cui competeat potestas bona ecclesiae temporalia administrandi sede vacante et 2. quanta erat ista potestas?

1. Cui competeat potestas bona ecclesiae temporalia administrandi sede vacante? Quoad hanc quaestionem dicendum esse videtur diversis temporibus diversam fuisse praxim. Primis temporibus usque ad saec. IV, quando peculiare officium oeconomi ad bona episcopatus temporalia administranda nondum habebatur, bona episcopatus temporalia a presbyteris ecclesiae cathedralis administrabantur. Ancyrae c. 15 infirmantur contractus venditionis bonorum ecclesiae temporalium, sede vacante (ἐπισκόπου μὴ ὄντος¹⁾) a presbyteris ecclesiae cathedralis initi²⁾); ipsi autem sede plena contractus circa

¹⁾ „Ἐπισκόπου μὴ ὄντος“ — haec verba antiqui commentatores in Anc. c. 15—Balsamon, Zonaras, Aristenus—per „ἐπισκοπῆς χηρευούσης“ sede vacante interpretantur (cf. Bev. I, 390, 391); item Thomassinus, op. cit. p. III, l. 2, c. 51, p. 441 eadem pro sede vacante intelligit: „quando episcopus mortuus, vel exauctoratus est“.

²⁾ Ancyrae c. 15 (P. I, 446): „Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ κυριακῷ, ὅσα ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνακαλεῖσθαι τὸ κυριακόν. Ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴπερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν, εἴ τε καὶ μὴ διὰ τὸ πολλάκις τὴν πρόσδοον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τοῖς πλείονα τὴν τιμὴν“. — „Τὸ κυριακόν“ significat Dominicum seu Domino, Deo consecratum; in nostro casu significat subiectum domini bonorum temporalium seu ecclesiam, quae Deo consecrata est. Cf. Bals. in Ancyrae c. 15 (Bev. I, 391); Van Espen, op. cit. t. 3, p. 106 (comment. in Ancyrae c. 15).

bona ecclesiae temporalia absque consensu episcopi omnino facere non poterant, cum nullam potestatem in bona episcopatus temporalia habebant. Si tamen Ancyr. c. 15 de contractibus alienationis a presbyteris factis dicit et expresse notat, quod agitur de tempore sedis vacantis, hoc demonstrat, quod tempore sedis vacantis presbyteri aliquas facultates circa bona temporalia episcopatus habebant et quidem, quod ipsi ista bona administrabant, facultatem eadem bona alienare non habentes. Inde sequitur, quod ipsis iura proprietaria ecclesiae cathedralis sede vacante exercenda non competeabant, sed ipsi actus tantum necessarios administrationis bonorum episcopatus ad tempus facere poterant et debebant. Presbyteris potius custodia bonorum episcopatus sede vacante competeabat, quam administratio bonorum cum omnibus facultatibus necessariis ¹⁾.

Saec. V Chalc. c. 25 iam statuitur, ut proventus ecclesiae viduatae ab oeconomo istius ecclesiae futuro episcopo integri conserventur ²⁾. Hoc canone iam indicatur tum administrator bonorum ecclesiae temporalium sede vacante, qui erat oeconomus, tum modus, quo ipse bona episcopatus sede vacante administrare debebat, nempe ita, ut proventus ecclesiae viduatae integri futuro episcopo conservarentur. Praecipuum igitur munus oeconomi sede vacante erat bona episcopatus eorumque proventus futuro episcopo tamquam repraesentanti ecclesiae cathedralis ut subiecto domini bonorum temporalium integra conservare, non exclusa tamen facultate eisdem necessarios sumptus in usus episcopatus facere ³⁾.

Citato canone administratio bonorum, et praesertim eorundem conservatio, sede vacante oeconomo committitur. In eodem nihil dicitur de presbyteris ecclesiae cathedralis, ad quos prius administratio bonorum sede vacante spectabat. Verumtamen ipsi etiam saeculo V et posterioribus non videntur esse exclusi ab omni participatione in administratione bonorum sede vacante saltem tamquam organum vigilans super oeconomo ita, ut oeconomus non relinqueretur umquam omnino independens, sed sede plena sub vigilantia episcopi, sede vacante sub vigilantia presbyterorum ecclesiae cathedralis erat ⁴⁾. Haec sententia confirmatur ex Trull. c. 35, quo prae-

¹⁾ Cf. conc. Ephesini epistola ad clerum ecclesiae Constantinopolitanae (Mansi, Coll. Conc. t. 4, 1227); conc. Chalcedonensis epistola ad clerum ecclesiae Alexandrinae (Mansi, Coll. Conc. t. 6, 1095).

²⁾ Chalc. c. 25 (P. I, 531): „τὴν μὲν τοι πρόσοδον τῆς χηρευνοῦσης ἐκκλησίας σώαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι“.

³⁾ Zon. in Chalc. c. 25 (Bev. I, 142); Thomassinus, op. cit. l. 2, c. 52, p. 442.

⁴⁾ Cf. Zhisman, Die Synoden. p. 220.

cipitur, ut mortuo episcopo bona ecclesiae temporalia sub custodia cleri ecclesiae usque ad alterius episcopi promotionem permaneant, excepto casu, quo in dicta ecclesia clerici relictī non sunt¹⁾. In hoc casu custodia bonorum temporalium ecclesiae viduatae ad metropolitam pertinebat, qui ista bona non diminuta novo episcopo ordinato reddere tenebatur²⁾.

2. Quanta erat potestas in bona ecclesiae temporalia administratorum ad tempus sede vacante? Omnes isti, ad quos obligatio administrandi bona ecclesiae temporalia sede vacante spectabat, i. e., primis saeculis presbyteri ecclesiae cathedralis, saeculis autem posterioribus oeconomi sub vigilantia cleri ecclesiae cathedralis vel in defectu cleri ecclesiae viduatae metropolita, bona episcopatus integra, non diminuta conservare et novo episcopo ordinato reddere tenebantur³⁾. Ex hoc statuto canonum potestas praedictorum administratorum in bona ecclesiae viduatae temporalia cognosci potest. Imprimis ipsis iura proprietaria ecclesiae viduatae exercenda non competebant; ipsi solummodo in nomine futuri episcopi bona ecclesiae administrare et eidem rationes reddere tenebantur; ipsi poterant omnes actus administrationis ponere, qui cum conservatione bonorum ecclesiae temporalium cohaerebant, nec non suscipere actiones ad ista bona melioranda, quia hi actus statuto canonum, in quibus reservatio (φυλάττεσθαι⁴⁾, conservatio et custodia (παραφυλάξει, παραφυλακή⁵⁾) istorum bonorum praecipitur, non contradicebant nec iura futuri episcopi laedebant. Ipsi autem tenebantur evitare omnes actus cum statuto allatorum canonum non conformes, qui ista bona deteriorare, patrimonium ecclesiae viduatae diminuerent ac iura futuri episcopi laedere poterant. Proinde administratores bonorum temporalium ecclesiae viduatae prohibebantur bona ecclesiae vendere vel aliquo alio modo alienare⁶⁾; si autem hoc fecerint, in potestate episcopi novo ordinati erat contractus venditionis rescindere et bona episcopatus sede vacante alienata ad iura

¹⁾ Trull. c. 35 (P. II, 42): „Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἀπάντων μητροπολιτῶν, τελευτῶντος ἐπισκόπου, τελοῦντος ὑπὸ τὸν κατ' αὐτὸν θρόνον, τὰ αὐτοῦ πράγματα ἢ τῆς κατ' αὐτὸν ἐκκλησίας ἀφαιρεῖσθαι, ἢ σφετερίζεσθαι· ἀλλ' ὑπὸ παραφυλακὴν ἔστωσαν τοῦ κλήρου τῆς ἐκκλησίας, ἧς ὁ τελευτήσας ἐτόχωνε πρόεδρος μέχρι τῆς ἐτέρου ἐπισκόπου προαγωγῆς, ἔκτος εἰ μὴ κληρικοὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ οὐχ ὑπελείφθησαν“.

²⁾ Trull. c. 35 (continuatō; P. II, 42): „τηνικαῦτα γὰρ ὁ μητροπολίτης ταῦτα παραφυλάξει ἀμείωτα, τῷ χειροτονηθῆσομένῳ ἐπισκόπῳ πάντα ἀποδίδούς“.

³⁾ Cf. Chalc. c. 25 (pag. 39, n. 2) et Trull. c. 35 (supra n. 1—2).

⁴⁾ Cf. Chalc. c. 25.

⁵⁾ Cf. Trull. c. 35.

⁶⁾ Cf. Anc. c. 15 (textus in n. 2, p. 38).

ecclesiastica revocare, retento quoque apud ecclesiam pretio venditionis, si rerum distractarum reditus ampliorem summam dederunt, quam pretium pro bono ecclesiae alienato solutum¹⁾. Restitutio pretii pro bono ecclesiae soluti dependebat omnino ab arbitrio novi episcopi, cum emptor pretium solutum actione repetere non poterat secundum universalem regulam: „Qui dat ob contractum illegitimum, non habet actionem ad repetendum quod datum est“²⁾.

II. Praerogativae metropolitaram in administrationem bonorum temporalium, quae ad sedes episcopales provinciae pertinebant.

Praenotanda.

Dicta de potestate episcopi in bona temporalia episcopatus etiam ad metropolitam tamquam episcopum eparchialem referuntur; ipse igitur summa potestate in bona temporalia suae ecclesiae cathedralis (sedis metropolitanae) donatus erat, tamquam repraesentans eiusdem ut subiecti domini bonorum temporalium iura proprietaria exercebat, sub sua vigilantia et secundum suas instructiones a saec. V expresse in canonibus commemorati officiales peculiare ad bona ecclesiae temporalia administranda — oeconomi bona suae ecclesiae administrare debebant; et cetera omnia statuta canonum, quae superius disputata sunt in relatione ad episcopum eparchialem etiam ad metropolitam tamquam episcopum eparchiae applicabantur, excepto videlicet praescripto Carthag. c. 26 in quaestione alienationis boni immobilis, in quo praecipitur, ut episcopus prius rem ad metropolitam deferat. Propterea de iisdem hic non iam amplius disputabitur, sed videndum est, an metropolitae aliqua praerogativa in bona temporalia, quae ad sedes episcopales provinciae pertinebant, vel saltem in eorundem administrationem competebant?

§ 1. Praerogativae metropolitaram in administrationem bonorum temporalium, quae ad sedes episcopales provinciae pertinebant, sede plena.

Imprimis notandum est, quod provincia qua talis seu territorium, quod ex aliquibus eparchiis constabat et potestati metropolitae subiciebatur, non erat nec persona moralis nec consequenter unum

¹⁾ Ancyr. c. 15 (P. I, 446): „Ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴπερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν, εἴτε καὶ μὴ, διὰ τὸ πολλακίς τὴν πρόσοδον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέναι· αὐτοῖς τοῦτοις πλείονα τὴν τιμὴν“.

²⁾ Bals. in Anc. c. 15 (Bev. I, 391): „πάντως ὤφειλεν ὁ ἀγοράσης μὴ ζητεῖν τὸ τίμημα, κατὰ τὸν καθόλου νομικὸν κανόνα τὸν λέγοντα, ὁ ἐπὶ παρανόμῳ συναλλαγμάτῃ διδούς, ἀγωγὴν οὐκ ἔχει εἰς τὸ ἀναλαβεῖν τὸ δοθέν“.

subiectum dominii bonorum temporalium. Subiectum dominii bonorum temporalium erat sedes metropolitana seu ecclesia cathedralis, quae metropolitanae ab auctoritate ecclesiastica in titulum data est, sicut et ceterae sedes episcopales seu ecclesiae cathedrales in provincia. Inde metropolita non poterat exercere iura proprietaria in bona ecclesiae temporalia, quae in tota provincia inveniebantur, nec de iisdem directe et immediate disponere, quia provincia quae talis unum subiectum dominii bonorum temporalium non erat. Poterat solummodo exercere iura proprietaria in bona temporalia suae ecclesiae cathedralis et de iisdem directe et immediate disponere.

Nunc quaeritur, an metropolita aliquas praerogativas habebat in administrationem bonorum temporalium, quae ad singulas sedes episcopales provinciae pertinebant, non iure proprietario tamquam repraesentans unius subiecti dominii bonorum temporalium sed ratione suae potestatis metropolitanae. Tres praesertim antiqui canones de hac materia tractant, nempe Carthag. c. 26, Trull. c. 35 et Nic. II, c. 11. Carthag. c. 26, Nic. II, c. 11 et aliquae novellae tractant de influxu metropolitanae in administrationem bonorum temporalium, quae ad sedes episcopales provinciae pertinebant, sede plena, Trull. c. 35 autem tractat de potestate metropolitanae in bona temporalia sedis episcopalis provinciae sede vacante. Proinde dicendum est prius de praerogativis metropolitanae in administrationem bonorum temporalium sedis episcopalis provinciae sede plena, deinde de iisdem sede vacante.

In Carthag. c. 26 requiritur, ut episcopus eparchialis, qui rem immobilem ecclesiae alienare vult, de hac re prius primatem (seu metropolitam provinciae) certiore faciat¹⁾. Competentia metropolitanae in hac re erat sequens: 1. Metropolita debebat ad rem examinandam episcopos provinciae in praefinito numero²⁾ ad synodum convocare; 2. ipse cum convocatis episcopis iudicium dare debebat de tota causa rei immobilis alienandae, scilicet: a) an adessent con-

¹⁾ Carthag. c. 26 (R. P. S. III, 372): „Ὅπερ πρᾶγμα, ἐὰν προσόδους μὴ ἔχῃ καὶ πολλή τις ἐπέγει ἀνάγκη, τοῦτο ἐμφανίζεσθαι τῷ πρωτεύοντι τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας“... — Notandum est, quod tunc temporis, i. e. tempore 5 synodi Carthaginensis a. 401 habitae, a qua citatus canon latus est, adhuc in usu erat denominatio primorum saeculorum, sc. „parochia“ (παροικία) pro territorio episcopo subiecto et eparchia (ἐπαρχία) pro territorio metropolitanae subiecto. In canone dicitur de „primate“ et non de metropolita, quia in Africa, ubi synodus habitata est, hierarchia ecclesiastica paulisper aliter, quam in aliis partibus imperii Romani, praesertim in Oriente constituta erat. Ibi antistes provinciae non metropolita, sed primas nominabatur.

²⁾ Secundum Bals. in Carthag. c. 26 (Bev. I, 551, c. 29) numerus episcoporum ad rem examinandam convocatorum debebat esse 12.

ditiones in canone ad res ecclesiae immobiles ab episcopo alienandas requisitae (praedium alienandum sterile — *πράγμα προσόδους οὐκ ἔχων* et gravis necessitas ecclesiae — *κατεπείγουσα ἀνάγκη*), b) num necessitati ecclesiae aliquo alio modo provideri posset¹⁾. Episcopus enim solummodo tunc ad rem immobilem in causa alienandam sine impedimento procedere poterat, quando existentia conditionum requisitarum a metropolitano simul cum episcopis synodalibus confirmata et alius modus necessitati respectivae ecclesiae ab iisdem praevisus non erat. Praeterea ex Nov. 67, 4 requirebatur praesentia metropolitanae in decreto rei immobilis ab episcopo provinciae alienandae conficiendo²⁾.

Competentia igitur metropolitanae in quaestione alienationis rei immobilis alicuius sedis episcopalis suae provinciae erat naturae administrativae, quae limitabatur convocatione episcoporum provinciae ad causam rei immobilis alicuius ecclesiae in sua provincia alienandae examinandam. Examinatione causae facta, iudicio quid agere oporteat dato atque decreto alienationis rei immobilis confirmato, competentia metropolitanae finiebatur.

Si autem episcopus condiciones in canone ad rem immobilem alienandam requisitas non observaverat, a synodo depositione puniebatur; synodus autem sine metropolitano perfecta esse non poterat³⁾. Metropolitano igitur in iudicio super episcopo provinciae in causa illicitae alienationis rei immobilis ecclesiae participare debebat. Cum enim utilitas ecclesiae exigebat, ut ius episcopi disponendi de substantia bonorum immobilium ecclesiae seu eadem alienandi ad certas condiciones restrictum et certis sollemnitatibus ligatum esset⁴⁾, necessarium erat aliquod organum auctoritatis ecclesiasticae, quod super observatione requisitarum conditionum et sollemnitatum ab episcopis res immobiles ecclesiae alienantibus vigilaret. Tale organum erat potestas metropolitana, ad quam cura totius provinciae spectabat in omnibus negotiis gravioribus⁵⁾.

¹⁾ Carthag. c. 26 (R. P. S. III, 372): „καὶ μετὰ τοῦ ὁρισμένου ἀριθμοῦ τῶν ἐπισκόπων βουλευέσθαι, τί δεῖ πρᾶξαι“.

²⁾ Nov. 67, 4: „ὥστε εἴ τις ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐκποιήσῃ ἀκινήτου ἐκκλησιαστικοῦ μέλλου πράγματος γίνεσθαι, κατὰ δέκρετον ταύτην προτείνει, καθάπερ ἢ πρῶν φοιτήσασα παρ' ἡμῶν λέγει διατάξεις, πράττεσθαι τὸ δέκρετον μὴ μόνον παρόντος τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς πόλεως καὶ τοῦ αὐτοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου“.

³⁾ Ant. c. 16 (P. I, 462): „...τελείαν δὲ ἐκείνην εἶναι σύνοδον, ἣ συμπάρεστι καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως“.

⁴⁾ Cf. § 6 n. 5 (in textu) primae partis huius dissertationis (pag. 15 sqq.).

⁵⁾ Cf. Ant. c. 9 (textus citatur tom. X, pag. 265, n. 1 huius dissertationis); cf. § 3 introductionis (tom. X, pag. 266—7).

Alius casus, in quo vigilantia et inspectio metropolitae a canone exigebatur, erat tunc, quando de permutatione bonorum ecclesiae immobilium inter ecclesias, monasteria et instituta ecclesiastica agebatur. Generaliter omnis alienatio bonorum ecclesiae immobilium sensu lato sumpta prohibebatur¹⁾, sub qua prohibitionem permutatio quoque comprehendebatur. In Nov. 54, 2 permittebatur permutatio bonorum ecclesiae immobilium tunc, quando eadem inter diversa ecclesiastica subiecta domini bonorum temporalium fiebat. Abusibus, qui e permutatione bonorum oriri poterant, praecavebatur praescripto, ut de permutatione faciendā metropolita certior fieret et ut ipse eandem consideraret et approbaret. Permutatio igitur bonorum ecclesiae immobilium inter diversa subiecta domini bonorum ecclesiae temporalium tunc valebat, quando apud metropolitam probatum et iureiurando confirmatum erat, quod ista permutatio utrique parti contrahenti utilis est²⁾. A metropolitae iudicio et permissione proposita permutatio dependebat.

Alia causa, quae administrationem bonorum temporalium ab episcopo faciendam respiciebat atque vigilantiae et inspectioni metropolitae subiciebatur, erat executio piarum voluntatum; metropolita enim urgere debebat, ut piae voluntates, quarum executio ad episcopum provinciae spectabat, implerentur. Ad episcopum loci executio piarum voluntatum spectabat in casibus: 1. quando legata in rebus mobilibus vel immobilibus relicta erant pro pauperibus loci inderterminati; 2. quando legatum relictum erat pro redemptione captivorum non determinata nominatim persona, per quam liberatio captivorum faciendā erat; 3. quando a testatore piū opus, ad quod legatum relictum erat, perficere iussi, eiusdem perfectionem etiam ab episcopo semel vel bis per publicas personas admoniti differebant. In omnibus his casibus metropolita executionem piarum voluntatum urgere poterat et debebat, si episcopus easdem exequi neglexerit³⁾. In ecclesia enim piae voluntates semper magni habebantur et ea-

¹⁾ Cf. § 6, n. 4 et 5 in textu primae partis dissert. (pag. 15 sqq.); cf. Carthag. c. 26.

²⁾ Nov. 54, 2: „καὶ παρὰ τῷ τῶν τόπων μητροπολίτῃ ταῦτα σκοπεῖσθαι καὶ εἴπερ ταῖς ἀληθείαις ἀποδεχθεῖν μεθ' ὄρκου ὡς συμφέρον ἐστὶν ἕκαστέρῳ μέρει τὸ τοιοῦτο, πράττεσθαι τε αὐτὸ καὶ πολιτεῦσθαι καὶ κρατεῖν“.

³⁾ Const. eccl. coll. III, 3 (MG 138, 1317): „ἄδειαν ἔχοντος τοῦ μητροπολίτου καὶ πάντος ἐτέρου, τὴν τοιαύτην ἐπαγαγεῖν τῷ ἐπισκόπῳ ζήτησιν, ἐφ' ᾧ παντοίως πληροθῆναι τὰ εἰσεβῶς ὀξέαντα τῷ τελευτήσαντι εἰς ἔργον ἀχθῆναι“; Bals. in Nom. 2, 1 (R. P. S. I, 87): „Εἰ μέντοι ὁ ὀσιώτατος τῶν τόπων ἐπίσκοπος παραλίποι τι τῶν ἡμῖν εἰρημένων, ἐξέστω καὶ τῷ ὀσιωτάτῳ αὐτοῦ μητροπολίτῃ ταῦτα ἀπαιτεῖν καὶ πληροῦν“.

rundem accurata executio ab auctoritate ecclesiastica urgebatur; in relatione ad episcopos provinciae immediata auctoritas metropolita erat.

Magni habebatur, ut officium oeconomi in unaquaque sede episcopali ad bona ecclesiae temporalia administranda institueretur. Hoc Chal. c. 26 expresse omnibus episcopis inculcabat et Nic. II, c. 11 iterum urgebat atque metropolitae potestas tributa est iure devolutivo immediate oeconomum ad bona temporalia eius sedis episcopalis in sua provincia administranda instituere, si episcopus non obstantibus praescriptis Chal. c. 26 et Nic. II, c. 11¹⁾ oeconomum non instituebat, ut hoc modo auctoritas conciliorum et canonum salvaretur. Oeconomus a metropolita iure devolutivo in sede episcopali sui episcopi provincialis ad bona ecclesiae temporalia administranda institutus, episcopo loci subiciebatur et secundum eiusdem instructiones bona administrare debebat.

Ex adhuc allatis casibus concludere licet, quod metropolita, etsi directe et immediate de bonis temporalibus sedium episcopali suae provinciae disponere non poterat, praerogativas tamen in administrationem bonorum, quae ad sedes episcopales provinciae pertinebant, etiam sede plena habebat et quidem in omnibus istis causis, in quibus utilitas et bonum ecclesiae (alienatio, permutatio bonorum immobilium, executio piarum voluntatum) vel auctoritas conciliorum et canonum (institutio oeconomi) metropolitae interventum eiusdemque potestatis vigilantiam et inspectionem exigebant.

§ 2. Potestas metropolitaram in bona temporalia sedium episcopali provinciae sede vacante.

Aliquam lucem ad hanc quaestionem dat nobis Trull. c. 35, in quo statuitur, quod cura tum bonorum ecclesiae viduatae tum privatorum episcopi defuncti non ad metropolitam, sed ad clerum ecclesiae viduatae usque ad promotionem novi episcopi spectare debet. Solummodo in casu defectus cleri ecclesiae viduatae metropolitae eorundem curam habere eaque omnia non diminuta novo ordinato episcopo restituere debent²⁾. Ex prohibitione Trull. c. 35, ne

¹⁾ Nic. II, c. 11 (P. II, 113): „καὶ εἰ μὲν ἕκαστος μητροπολίτης ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ καθιστᾶ οἰκονόμον καλῶς ἂν ἔχοι. Εἰ δὲ μήγε, ἐξ ἀθνητείας ἰδίας τῷ Κωνσταντινουπόλει ἐπισκόπῳ ἄδεια ἐστὶ προχειρίζεσθαι οἰκονόμον ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ· ὡσαύτως καὶ τοῖς μητροπολίταις, εἰ οἱ ὅπ' αὐτοῦ ἐπίσκοποι οὐ προαιροῦνται οἰκονόμους ἐγκαταστήσαι ἐν ταῖς ἐαυτῶν ἐκκλησίαις“.

²⁾ Trull. c. 35 (P. II, 42): „Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν μητροπολιτῶν τελευτῶντος ἐπισκόπου, τελοῦντος ὑπὸ τὸν κατ' αὐτὸν θρόνον, τὰ αὐτοῦ πράγματα ἢ τῆς κατ' αὐτὸν ἐκκλησίας ἀφαιρεῖσθαι, ἢ σφετερίζεσθαι· ἀλλ' ὑπὸ παραφυλακῆν ἔστωσαν τοῦ κλήρου τῆς ἐκκλησίας, τῆς ὁ τελευτήσας ἐτόχχανε πρόεδρος, μέχρι

metropolitae sub suam potestatem bona temporalia episcopi defuncti vel ecclesiae viduatae sumant, et ex dispositione, ut ipsi solummodo in casu defectus cleri ecclesiae viduatae eorundem bonorum curam habeant, concludi potest, quod ante Trull. c. 35 aliter erat, quod bona ecclesiae viduatae potestati metropolitae ut antistiti provinciae obnoxia erant¹⁾; cum bonis temporalibus ecclesiae viduatae metropolitae occubuisse videtur cura quoque bonorum privatorum episcopi defuncti, de quibus idem nullam dispositionem dedit²⁾. Non invenitur tamen canon, qui hunc modum providendi administrationi bonorum temporalium sedis vacantis expresse mandat — eiusdem autem fundamentum iam pluries citati Ap. c. 34 et Ant. c. 9 fuisse videntur, in quibus principium generale habetur, ex quo relatio episcoporum eorumque sedium ad metropolitam ac metropolitanam potestas evolvebatur — ita, ut praxis bonorum ecclesiae viduatae a metropolitae administrandorum, quae ante Trull. c. 35 generaliter viguisse videtur, consuetudine introducta est. Sed ex tali praxi abusus orti esse videntur, praesertim, quia non tantum facile erat novo instituto episcopo a metropolitae suo rationes administrationis bonorum temporalium ecclesiae viduatae exigere. Propterea ex Trull. c. 35 cura bonorum temporalium ecclesiae viduatae solummodo in casu defectus cleri eiusdem ad metropolitam spectare debebat ita, ut praecedens consuetudo non omnino sublata est. Si metropolitae in defectu cleri ecclesiae viduatae bona temporalia eiusdem — videlicet — per suos presbyteros vel oeconomos administrabat, ipsius administratio sicut aliorum administratorum bonorum sede vacante in nomine futuri episcopi gesta, cui bona non diminuta (ἀμείωτα) et rationes reddendae erant, solummodo ad tempus erat. Metropolitae igitur, sicut nec alii administratores bonorum temporalium sede vacante, verus representans ecclesiae viduatae tamquam subiecti domini non erat, sed tantum administrator ad tempus, qui bona sedis vacantis ita administrare debebat, ne iura novi episcopi laederentur. Praerogativa metropolitae in disputato casu in hoc consistebat, quod metropolitae cura bonorum temporalium ecclesiae viduatae prae aliis episcopis provinciae ante Trull. c. 35 omnino, post eundem autem solummodo in casu defectus cleri ecclesiae viduatae compete-
petebat.

τῆς ἐτέρου ἐπισκόπου πρὸ ἀγωγῆς, ἐκ τούτοις εἰ μὴ κληρικοί ἐν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ οὐχ ὑπελείφθησαν τῆνικαὐτά γὰρ ὁ μητροπολίτης ταῦτα παραφυλάξει ἀμείωτα τῷ χειρονηθῆσομένῳ ἐπισκόπῳ πάντα ἀποδιδούσας.

¹⁾ Cf. Ap. c. 34 et Ant. c. 9 (textus in n. 4, pag. 2 et n. 1, pag. 3 introductionis).

²⁾ Cf. Ник., Прав. I, 520.

§ 3. Praerogativae metropolitaram in casu accusationis episcopi provincialis in causa administrationis bonorum ecclesiae temporalium.

Praeter disputatos in § 1 et 2 secundae partis dissertationis casus, in quibus metropolitae aliquae praerogativae in administrationem bonorum temporalium sedium episcopalium suae provinciae competebant, eiusdem competentiae omnes accusationes contra episcopos provinciales in causa administrationis bonorum temporalium subiciebantur: quae vel metropolita solus¹⁾ vel cum synodo episcoporum²⁾ considerabat et definiebat, quod dependere videtur ex hoc, an causa minoris an maioris momenti erat; an lis facile componi poterat vel non; an transgressio canonum, propter quam accusatio facta est, aliqua levi vel gravi poena (e. g. depositio) comminata erat. Causae maioris momenti, transgressiones canonum in causa administrationis bonorum ecclesiae temporalium gravi poena comminatae a metropolita cum synodo considerabantur et definiebantur³⁾.

Haec ultima praerogativa metropolitae refertur immediate ad personas earumque crimina punienda et solummodo mediate ad administrationem bonorum ecclesiae temporalium, quae ad sedes episcopales suae provinciae pertinebant.

Omnes praerogativae metropolitae in administrationem bonorum temporalium, quae ad sedes episcopales provinciae pertinebant, nitentur in Ap. c. 34 et praesertim Ant. c. 9, ex quo metropolitae cura totius provinciae, episcopis autem provinciae obligatio metropolitam revereri et eundem tamquam caput habere occumbant. In istis enim canonibus principium fundamentale habetur, ex quo relationes episcoporum provinciae ad metropolitam et praerogativae metropolitanae potestatis evolvebantur.

¹⁾ Nom. 9, 1 (P. II, 541): „ὅτι ἐπισκόπου κατηγορουμένου ὁ μητροπολίτης κρίνει· εἰ δὲ μητροπολίτης κατηγορεῖται, ὁ πατριάρχης αὐτοῦ σκοπεῖ“; Nom. 9, 6 (P. II, 544): „εἴτε μόνος μητροπολίτης, εἴτε μετὰ τῆς συνόδου αὐτοῦ δικάσει ἐπισκόπους“; cf. Const. eccl. coll. III, 1, 17 (MG 138, 1299); Cod. 1, 4, 29.

²⁾ Cf. Nom. 9, 6 in nota praecedente. In Ant. c. 25 (P. I, 465) praecipitur, ut episcopi bona ecclesiae temporalia usurpantes a synodo puniantur, „καὶ τούτους (sc. episcopos et presbyteros) διορθώσεως τυγχάνειν, τὸ πρέπον δοκιμαζούσης τῆς ἁγίας συνόδου“, synodus autem perfecta esse non poterat sine metropolita secundum Ant. c. 16 (P. I, 462): „τελείαν δὲ ἐκείνην εἶναι σύνοδον, ἣ συμπάρεστι καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως“; ex Carthag. c. 26 (R. P. S. III, 372) episcopus contra praescriptum canonis alienans bona ecclesiae temporalia responsabilis est Deo et synodo: „ὅπερ εἰ μὴ ποιήσῃ, ὑπέθνηνος τῷ Θεῷ καὶ τῇ συνόδῳ φάνη ὁ πιπράσκων, καὶ ἄλλοτριος τῆς οἰκείας τιμῆς“.

³⁾ Cf. notam praecedentem; cf. Nov. 137 c. 4, qua inter causas a synodo patriarchali vel metropolitana considerandas et expediendas etiam causa administrationis bonorum ecclesiae temporalium (αἰτία διοικήσεως ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων) enumeratur.

Conclusiones.

Ecclesia ab ipso suo exordio tamquam societas perfecta persona moralis erat et qua talis ius habebat bona temporalia acquirere, possidere et administrare.

Revera ab ipso suo exordio testibus s. Scriptura et historia ecclesia bona temporalia possidebat et administrabat — primis saeculis bona praesertim mobilia, quae ex liberis oblationibus fidelium proveniebant, a saec. IV autem pace ecclesiae restituta quaecumque bona, i. e. tum mobilia tum immobilia, et quocumque modo in legislatione civili agnito acquisita.

Res ab ecclesiis possessae res sacrae (πράγματα ἁγία) vel res sanctae (πράγματα ἁγία) vocabantur dependenter ab hoc, utrum exclusive ad cultum divinum destinata essent an non.

Subiecta dominii istorum bonorum temporalium erant ecclesiae particulares, sub quo nomine usque ad saec. VI solummodo ecclesiae episcopales et a saec. VI vel etiam VII ecclesiae quoque parochiales, monasteria et diversa instituta ecclesiastica intelligenda sunt.

Episcoporum potestas in bona ecclesiae episcopalis summa erat, i. e. ipsi eiusdem iura proprietaria exercebant; in bona ecclesiarum parochialium, monasteriorum et institutorum ecclesiasticorum in territorio eparchiae, quae ab ipsorum iurisdictione exempta non erant, episcopi iura tantum episcopalia exercebant, i. e. potestatem inspectionis et vigilantiae super administratione eorundem bonorum habebant, de istis autem bonis directe et immediate disponere non poterant.

Potestas episcopi in bona ecclesiae temporalia praescriptis canonum regulabatur, quae ab episcopo bonam conscientiam in iisdem dispensandis, inventarium bonorum privatorum episcopi et separatim bonorum ecclesiasticorum conficiendum utramque classem bonorum separatim administrandam ac conservationem bonorum ecclesiae curandam exigebant, e bonis ecclesiae indigentibus dispensare, necessaria altari inservientibus suppeditare commendabant atque a saec. V officium oeconomi ad bona ecclesiae administranda instituendum praecipiebant.

Episcopus tamquam repraesentans ecclesiae cathedralis ut subiecti dominii bonorum temporalium iura proprietaria eiusdem exercebat et propterea principaliter de substantia omnium bonorum ecclesiae disponere atque eadem alienare poterat; ob utilitatem autem et bonum ecclesiae ius proprietarium episcopi disponendi de substantia bonorum ecclesiae immobilium, cum eadem fundamentum certum reddituum stabilium esse solent, ad certas condiciones restrictum et certis sollempnitatibus ligatum erat.

Istae conditiones, in quibus episcopus bona ecclesiae immobilia alienare poterat, erant: necessitas ecclesiae, bonum rei publicae, alimenta pauperum et redemptio captivorum, utilitas ecclesiae vel necessitas damni evitandi; bonum autem immobile alienandum sterile esse debebat.

Sollemnitates ab episcopo in alienatione bonorum immobilium observandae erant: Si in gravi necessitate ecclesiae bona immobilia alienanda erant, delatio causae ad metropolitam facienda erat, qui in synodo provinciali causam examinabat; examinatione causae cum exitu episcopo favorabili facta episcopus bonum immobile alienare poterat. Si autem de urgente necessitate ecclesiae agebatur, episcopi vicini ut testes necessitatis ecclesiam urgentis invitandi erant et post alienationem factam synodo provinciali ab episcopo relatio de tota causa alienationis facienda erat.

In alienatione bonorum ecclesiae tum quoad res alienandas tum quoad subiecta, quibus res ecclesiae alienabantur certus ordo tenendus erat: a) quoad res alienandas — mobilia ante immobilia, res superfluae ante necessarias, b) quoad subiecta, quibus res alienabantur — ecclesiis et diversis institutis ecclesiasticis res potius quam laicis alienandae erant. Haeretici autem, oeconomi, administratores institutorum ecclesiasticorum eorumque consanguinei et affines et magistratus civiles a bonis ecclesiae praesertim immobilibus acquirendis omnino excludebantur.

Episcopi, qui contra praescripta canonum bona immobilia ecclesiae alienabant, depositione puniebantur.

Episcopi in bonis ecclesiae administrandis suos adiutores habebant, primis tribus saeculis presbyteros, qui in aliquibus tantum functionibus administrationis active, vel etiam solummodo passive consilio suo episcopum adiuwabant; a saec. IV autem officium oeconomi ad totam administrationem bonorum ecclesiae temporalium secundum instructiones episcopi gerendam consuetudine introducebatur et denique Chalc. c. 26 expresse instituendum praecipitur et a Nic. II, c. 12 urgetur.

Oeconomi munus erat bona ecclesiae cathedralis secundum instructiones episcopi administrare in omnibus, quae administratio bonorum exigit.

Oeconomus ab episcopo e proprio clero instituebatur, eidem rationes suae administrationis reddere et damna ecclesiae allata restituere debebat, nec non ab episcopo suo officio privari poterat; ex quo sequitur, quod institutione officii oeconomi summa potestas episcopi in bona ecclesiae temporalia immutata remansit et quod

institutum oeconomi institutum episcopo in administratione bonorum auxiliare et ab eodem dependens erat.

Sede vacante bona ecclesiae temporalia primis saeculis presbyteri, dein oeconomus sub vigilantia cleri ecclesiae viduatae vel in defectu cleri ecclesiae viduatae metropolita per suos adiutores administrabat.

Administratores bonorum ecclesiae viduatae bona eorumque proventus futuro episcopo integra et non diminuta conservare et futuro episcopo rationes reddere tenebantur; ex quo sequitur, quod ipsi repraesentantes ecclesiae viduatae ut subiecti domini bonorum temporalium non erant nec iura proprietaria eiusdem exercere poterant; erant enim solummodo administratores ad tempus, qui bona ecclesiae viduatae in nomine futuri episcopi administrabant.


Provincia qua talis non erat unum subiectum domini bonorum temporalium; propterea metropolita repraesentans erat solummodo suae ecclesiae cathedralis (sedis metropolitanae) tamquam subiecti domini bonorum temporalium et eiusdem iura proprietaria, sicut alii episcopi provinciales suarum ecclesiarum cathedralium, exercebat.

Metropolitae tamen praerogativae in administrationem bonorum temporalium competebant, quae ad sedes episcopales pertinebant, etiam sede plena in omnibus istis casibus, in quibus utilitas et bonum ecclesiae (e. g. venditio bonorum ecclesiae immobilium, permutatio eorundem inter diversa subiecta ecclesiastica domini bonorum temporalium, executio piarum voluntatum) vel auctoritas conciliorum et canonum (institutio oeconomi in sede episcopali provinciae) interventum potestatis metropolitanae exigebant, quia ex Ap. c. 34 et Ant. c. 9 metropolita curam totius provinciae gerere, episcopi autem eundem revereri et tamquam caput habere debebant.

Sede vacante ex principio Ant. c. 9, quod metropolita curam totius provinciae gerere debet, metropolitae cura bonorum ecclesiae viduatae usque ad institutionem novi episcopi occumbebat; quae praxis consuetudine introducta in Trull. c. 35 solummodo in defectu cleri ecclesiae viduatae permittebatur.

Ad tribunal metropolitae omnes accusationes contra episcopos provinciales in causa administrationis bonorum ecclesiae temporalium pertinebant, quas metropolita vel solus vel cum synodo episcoporum considerabat et definiebat.

Omnes hae praerogativae metropolitae fundamentum suum in Ap. c. 34 et praesertim in Ant. c. 9 habebant, in quo expresse dicitur, quod metropolita curam totius provinciae habere, episcopi autem provinciae eundem revereri et tamquam caput habere debent.



Др. К. Чехович.

Іван Могильницький та Йосиф Добровський.

(Dr. C. Čechovyc — Johannes Mohylnyckyj et Josephus Dobrovsky)

Ex opera philologica Johannis Mohylnyckyj et Josephi Dobrovsky comparata manifeste patet auctorem ucrainum sententias docti bohemi critice diiudicasse. In sua docta apologia, linguam ucrainam non idioma quoddam sed linguam sensu proprio esse. Johannes Mohylnyckyj methodum scientificam Josephi Dobrovsky, praeprimis in eius opera „Geschichte der böhmischen Sprache und Literatur“ adhibitam, secutus est.

I.

У ті часи, коли Галицька Україна після поділу Польщі дісталася під австрійське панування (1772 р.), усе її культурне життя було у стані повного занепаду. Про грамотність і загальну освіту народу ніхто тоді не дбав. Шкіл не було тут ніяких, крім кількох монастирських. Щойно розпорядком влади з 1774—76 рр. засновано школи парохіяльні, тривіальні й нормальні, де зпочатку відбувалося навчання по німецьки й по польськи, а від 1792 р. дозволено два рази в тиждень учити дітей читати й писати по церковнослов'янськи. Жива українська мова здобуває собі помалу також деякі права, але рівноправність з польською мовою у школах і урядах (і то більше в теорії ніж у практиці) вона здобула собі аж у 1848 році.

Наша шляхта й міщанство були тоді цілком спольонізовані, а польська мова була розговірною мовою більшості нашого духовенства, що було єдиною українською інтелігенцією в Галичині. Українські священики вже були настільки спольонізовані, що з погордою дивилися на все, що українське, а тим самим занедбували і мову церковних книг і свій обряд. Доходило до того, що кандидати духовного стану не вмiли вже читати цер-

ковнословянських книг, не вмiли також нi церковного спiву нi обрядiв. Нашi святики навiть у церковних проповiдях почали вживати польської мови i цiлком приставали до польського товариства та польської культури.

I ось у тi часи починають появлятися науковi працi великого чеського ученого Йосифа Добровського, що не тiльки дали початок славiстицi як науцi, але також вiдограли визначну роль у національному вiдродженнi всiх поневолених Словян. Появляються i такi його всесловянськi публiкацiї, як „Slavin“ (1806) i „Slovanka“ (1814), де цей вже тодi загально знаний учений i всiми признаний авторитет розкривав цiлому свiтовi духовi скарби словянських народiв. У своїх творах вiн вказував також на красу й досконалiсть церковнословянської мови та на тi користи, що їх новi словянськi лiтературнi мови можуть черпати з цєї високо культивованої мови найстаршого письменства бiльшості Словян. У 1822 р. появляється його граматика цєї мови („Institutiones linguae slavicae dialecti veteris“) i там щераз виказано усе її багатство й досконалiсть.

Все те сильно розворушувало уми й пiдривало польонофiльськi настрої української iнтелiгенцiї в Галичинi. Помалу знову оживала любов i пошана до церковнословянської мови, до власного церковного обряду та до своєї народности взагалi. Так серед нових культурних умовин в межах австрiйської держави будилася Галицька Україна до нового життя.

Потреби культурного розвитку власного народу ставили українську iнтелiгенцiю перед завдання боротися за свою національну рiвноправнiсть, а шлях тої боротьби вiв необхідно через рiжнi перешкоди традицiйних пересудiв i помилкових поглядiв про український нарiд та його мову, приневолюючи свiдомiшi одиницi зясовувати собi й iншим особливi проблеми української науки та вживати якнайсильнiших наукових аргументiв у боротьбi за свої справедливi права.

Серед таких свiдомих свого завдання провiдникiв i учених Галицької України у перших десятилiттях ХІХ вiку перше мiсце займає крилошанин перемиської капiтули Іван Могилянський (1777—1831). Його заходами закладається в Перемишлi перше українське просвiтнє товариство (1816 р.) i хоч воно не втрималося при життi, вiн сам далi невтомно працює в душі iдеалiв цього товариства, цiле своє життя дбає про розвиток українських парохiяльних шкiл та пише для них цiлий ряд шкiльних пiдручникiв. Вiн дає також почин до заснування дяко-вчитель-

ського інституту в Перемишлі (1816 р.), де він сам був директором і вчив логіки. Його праця, разом з діяльністю таких єпископів як Михайло Левицький та Іван Снігурський, причисляється до того, що Перемишль став тоді головним осередком українського культурного життя в Галичині. Вкінці серед боротьби з місцевою владою за право Українців на рідну школу вирінає у нього плян написати обширну наукову оборону самостійности української мови та зложити граматику цієї мови¹). Вже в 1816 р. він зачинає складати свою граматику української мови на основі живої розговірної мови, притягаючи для порівняння і мову давніших українських памятників, а також — як він сам каже — „mit Zuhilfenahme der Grammatiken sowohl der slavischen Sprache, als anderer Schwestersprachen, der böhmischen, polnischen, russischen etc., welche sämtlich nebst der ruthenischen von der slavischen abstammen“. В р. 1823 ця граMATика була вже у віденській цензурі в руках Копітара, а в 1824 був уже дозвіл її друкувати²). Але до самого друку тоді таки не дійшло. Щойно в 1910 р. видав її друком М. Возняк в „Українсько-руському Архиві“ (т. V, стор. 71—240). Передмовою до цієї граматики мала бути студія в обороні самостійности української мови під назвою „Відомість о руском язичі“, що вже 1829 р. вийшла друком дуже скорочена у польському перекладі Л. А. Набеляка п. з. „Rozprawa w języku ruskim“ в журналі „Czasopismo naukowe księgozbiogu im. Ossolińskich“ (1829, z. III стор. 56—87), а потім окремою відбиткою 1837 і 1848 р. — З того польського перекладу переложено її і на російську мову та видано з різними змінами в Журн. Мин. Нар. Просв. (1838 р. январь, стор. 17—43) під назвою „О русскомъ языкѣ“³). Звідси передрукував цю статтю П. Куліш в „Записках о Южн. Руси“ (СПб 1857) під назвою „О древности и самобытности южно-русскаго языка“ (стор. 261—278). Повний її текст появилася друком також щойно в 1910 р. в „Українсько-руському Архиві“ (т. V, стор. 1—70).

¹) Порівн.: М. Возняк, Студії над галицько-українськими граMATиками XIX в. „ЗНТШ“ т. 90, стор. 53 і д.

²) М. Тершаковець („Відносини В. Копітара до галицько-українського письменства“ — ЗНТШ 94, стор. 95—98) думає, що ця рукописна граMATика І. Могильницького своїми народними елементами, а головню долатком українських народніх приповідок і словарем — мала вплив на вироблення поглядів Копітара щодо української мови.

³) Прізвище автора перекручено там на „Могилевській“, а термін „руський язык“ переіменовано на „южнорусское нарѣчіе“. — Порівн. М. Возняк, Студії над укр. грам. в ЗНТШ. т. 90.

II.

